

MASTER
NEGATIVE
No. 92-80846-12

MICROFILMED 1993

COLUMBIA UNIVERSITY LIBRARIES/NEW YORK

as part of the
"Foundations of Western Civilization Preservation Project"

Funded by the
NATIONAL ENDOWMENT FOR THE HUMANITIES

Reproductions may not be made without permission from
Columbia University Library

COPYRIGHT STATEMENT

The copyright law of the United States - Title 17, United States Code - concerns the making of photocopies or other reproductions of copyrighted material.

Under certain conditions specified in the law, libraries and archives are authorized to furnish a photocopy or other reproduction. One of these specified conditions is that the photocopy or other reproduction is not to be "used for any purpose other than private study, scholarship, or research." If a user makes a request for, or later uses, a photocopy or reproduction for purposes in excess of "fair use," that user may be liable for copyright infringement.

This institution reserves the right to refuse to accept a copy order if, in its judgement, fulfillment of the order would involve violation of the copyright law.

AUTHOR:

PRIGGE, EDUARD

TITLE:

DE THESEI REBUS
GESTIS QUAESTIONUM...

PLACE:

MARPURGI CATTORUM

DATE:

1891


Master Negative #

92-80846-12

COLUMBIA UNIVERSITY LIBRARIES
PRESERVATION DEPARTMENT

BIBLIOGRAPHIC MICROFORM TARGET

Original Material as Filmed - Existing Bibliographic Record



Restrictions on Use:

TECHNICAL MICROFORM DATA

FILM SIZE: 35 mm REDUCTION RATIO: 11x

IMAGE PLACEMENT: IA IIA IB IIB

DATE FILMED: 9-1-92



FILMED BY: RESEARCH PUBLICATIONS, INC WOODBRIDGE, CT



AIIM

Association for Information and Image Management



1100 Wayne Avenue, Suite 1100
Silver Spring, Maryland 20910
301/587-8202



Centimeter



Inches



MANUFACTURED TO AIIM STANDARDS
BY APPLIED IMAGE, INC.

No. 3

DE THESEI REBUS GESTIS
QUAESTIONUM CAPITA DUO.

DISSERTATIO INAUGURALIS
QUAM AD SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES
AB AMPLISSIMO PHILOSOPHORUM MARPURGENSIUM
ORDINE RITE CAPESENDOS

SCRIPSIT

EDUARDUS PRIGGE
FRANCOFURTENSIS.

MARPURGI CATTORUM
MDCCCLXXXI.

TYPIS FEY FRATRUM, FRANCOFURTENSIMUM.

SIGISMUNDO SCHOTT
FRANCOFURTENSI

S.

Quamquam de origine fabularum hodie quoque viri docti dissentunt, hoc tamen omnes concedere videntur, non omnes fabulas una aetate ortas esse, sed nonnullas prius quam alias; et ne id quidem quisquam negabit eiusdem fabulae aliam partem vetustiorem, aliam recentiorem esse; immo haud semel statui potest aliquam fabulam definita aetate ortam esse, quoniam scriptores ipsi saepe non modo fabulas ad arbitrium suum mutaverunt, sed etiam vel novas finxerunt, vel prioribus novas partes addiderunt.

Hic verba Pindari Ol. 1. 35. sqq. digna sunt, quae afferantur: „Se Tantali filium alia ratione ac priores poetas carmine celebraturum esse. Pelopem enim non a patre mactatum, sed a Neptuno amore commoto raptum esse; cumque nusquam inveniretur, invidos vicinos dixisse illum mactatum et a diis comesum esse. Sese autem nequaquam audere tam turpia facta diis assignare; sed rem aliter se habere. Tantalum enim deorum gratia superbum factum nectar et ambrosiam furatum esse; itaque deos ei filium in terram renisisse.“ His versibus Pindarus ipse confitetur sibi fabulam vulgo narratam non probari, quare eam immutavit.

Iam ante Pindarum simile aliiquid videmus a Stesichoro factum esse, qui in carmine quodam mutata vetere fabula finxit non Helenam, sed simulaerum a Paride Troiam ablatum esse.

Imprimis vero poetas scenicos et ante omnes Euripidem videmus fabulas ad arbitrium mutantes; nam in eius tragediis paene nulla est, in qua non aliquo modo veteres fabulas, ut sibi placuit vel res postulavit, mutaverit. Velut Medeam nobis ab Aegeo beneficiis affectam demonstrat, ut Corinthii hostes ante oculos habeant, quam ingratos se gesserint in populum Atheniensium bene de se meritum. — In Iphigenia Taurica Euripides fabulam Aeschyli convertit: nam cum apud hunc Orestes Athenis ab insectatione Furiarum liberetur, apud illum non nisi pars dearum persequi desinit; ceterae non prius desistunt, quam Diana simulacro Tauris ablato placarentur. — Item in Phoenissis vetus fabula haud leviter mutatur; hic enim Oedipus et Locaste bello a Septem illis contra Thebas gesto intersunt, et mater filios conciliare studet. — Porro in Andromacha Orestes inter eos est, qui Neoptolemum Delphis interficiunt, id quod primo ignorabatur (cf. Pind. Nem. 7. 41). — Quid dicam de Euripidis Helena, Electra, Ione, Oreste, in quibus aut veteres fabulae prorsus mutatae, aut novae confictae sunt?

Iam quomodo fabulae a pluribus poetis deinceps immutatae sint, plane videre possumus in ea, qua Theseus Argivorum ante Thebas caesorum corpora humavisse narratur; nam cum Boeoti tradidisse videantur Adrastum Thebanis persuasisse, ut corpora sepelirent (cf. Pind. Ol. 6. 15), Aeschylus Theseum, non Adrastum Thebanis persuadentem facit; Euripides autem Theseum non Thebanis persuadentem, sed armorum vi eos cogentem fingit.

Verum non modo in tragicis poetis hoc videre licet, sed etiam apud rerum gestarum scriptores et oratores, qui non tam antiquas fabulas figmentis augere, quam corrigere voluerunt, quo probabiliora viderentur, quae a poetis fabulose narrata erant. Velut Thucydides I. 9 (fortasse Hecataeum secutus)

Pelopem tradit propter opum magnitudinem imperium Peloponnesiorum assecutum esse, et Atreum, filium eius, quem Eurystheus contra Heraclidas profectus Mycenis praefecisset, illo in pugna mortuo regnum adeptum esse, cum divitiis et potentia omnes superaret. — Porro eodem loco Thucydides narrat Graecos Agamemnonem minus amicitiae causa neque propter iusurandum Tyndareo datum, sed metuentes illius potentiam maritimam secutos esse videri; Agamemnonem enim ipsum plurimas naves habuisse Homeri testimonio neque imperium insularum adepturum fuisse, nisi classem habuisset.

Nec minus apud oratores talia inveniuntur, qui ad proposita assequenda non veriti sunt fabulas mutare aut fingere. Velut Isocrates (enc. Hel. 65) narrat Homeridas tradere Helenam noctu Homero astitis ac mandasse, ut de rebus ad Troiam gestis scriberet. — Etiam Aeschines (*περὶ παραποσθῆτος*. 31) fingit Acamanti „έννέα ὄδοις“ illas (ubi postea Amphipolis sita erat) cum Phyllide doti datas esse. Constat enim Athenienses, ex quo iterum maris imperium appetebant, summa vi enisos esse, ut illa urbe aut armis aut pacto potirentur, numquam tamen id iis contigisse. Itaque videtur Aeschines, aliasve aequalis, illam fabulam finxisse, ut ostenderet Amphipolim optimo iure Atheniensium esse, neque cives iniuste facere, quod-illam recuperare studerent.

Etiam Herculeae fabulae multae partes inferioris aetatis sunt, etsi concedimus Udalrico de Wilanowitz (Eur. Herc. fur. I. p. 258 sqq.) eam veterinam esse et a Doribus exultam, quo tempore Peloponnesum nondum inhabitabant. Verum et Herculeae et aliarum multarum fabularum partes recentiores quando extiterint, vereor ut unquam cognoscere possimus, cum ex ea aetate, qua illae ortae sunt, neque scriptorum neque artificum reliquiae servatae sint.

Sed aliter in Thesei¹⁾ fabula videtur res gesta esse. Nam quamquam eius principia ignota sunt neque dici potest, quando aut quo loco²⁾ Thesei nomen primum celebratum sit, et quamquam Theseus item atque Hercules ab antiquissimis scriptoribus commemoratur (velut Il. 1. 265; Od. 11. 321 sqq.; Il. parv. fr. 17 ed. Kinkelii; Il. pers. fr. 3), tamen huius fabulae nonnullas partes recentiores esse minus difficile ad demonstrandum est, cum ea demum aetate ortae sint, ex qua satis multa scriptorum opera et artis monumenta extant.

Ac primum quidem fabulam Thesei et Amazonum tractemus.

¹⁾ Inquisivit ante me in Thesei fabulam Heydemannus in dissertatione ea, cui titulum inscripsit „Analecta Thesea“ (Berol. 1865), in qua egit de his partibus: 1) de Theseo ab Aegeo patre cognito; 2) de Thesei cum Pallantidis certamine; 3) de Theseo et tauri Marathonio; 4) de Thesei in Cretam expeditione.

²⁾ Quod Wilamowitzius (I. I. 302, II. 165) negavit Theseum Atticum heroem esse, quippe qui Troezeni natus diceretur, in medio relinquens, cum hoc argumentis affirmari non possit; id commemo etiam Herculem, quamquam praecipue a Doribus colebatur, non in urbe Dorica, sed Thebis natum esse narrari.



A.

De Theseo et Amazonibus.

De hac fabula cum non omnibus temporibus idem traditum sit, ea forma afferatur, quae quarto a. Chr. n. saeculo maxime vulgata erat. Theseus enim cum Hercule aut, ut alii ferunt, cum Piritheo et Phorbante in Pontum Euxinum nave vectus unam ex Amazonibus, quam alii Antiopen³⁾, alii Hippolyten³⁾ appellant, rapuisse et secum abstulisse dicitur. Sed raptae Amazonis populares, ut illam ulciscantur, in Atticam invadunt, bello ab utraque parte maxima atrocitate aliquantum temporis gesto tandem a Theseo et Atheniensibus summa cum gloria vincuntur et repelluntur, aut aliis auctoribus omnes necantur.

Haec fabula in duas partes discedit, quarum primi eam absolvamus, quae est de raptu Amazonis.

I. De Amazone a Theseo raptâ.

1.

Iam quod Theseus Amazonem rapuisse dicitur, idem ad Herculem spectat; nam per vulgatum est imprimis rem habuisse eum Amazonibus Herculem, et ferebatur in duodecim certaminibus expeditio eius in Amazones suscepta, ut balteum

³⁾ Quid intersit inter nomina Antiopen et Hippolyten, vide apud Kluegmannum (Die Amaz., in d. att. Litt. u. Kunst, Stuttg. 1875 p. 5 sqq.). — Ad ea, quae Kluegmannus profert, nunc memorandum est ex fragmentis Apollodori bibliothecae, quae super Wagnerus (epitome Vaticana ex Apollodori bibl., Lips. 1891) et Papadopulus (fragmenta Sabbaistica Apollodori, Rh. M. 46. p. 161 sqq.) ediderunt, apparere Amazoni a Theseo raptae etiam nomina Melanippen et Glaucen data esse, et Simonidem (utrum Ceum an Amarginum non commemoratur, sed probabilius est Ceum), non Clidemum aut Isocratem, priuum eam Hippolyten appellasse.

reginae reportaret. Has Amazones fuisse dicebant Themiscyrae, quod erat oppidum et campus situs prope ostium fluvii Thermodontis in ora Cappadociae (quam veteres Syriam vocabant, cf. Herod. 2. 104) in ea parte, quae a Romanis Pontus appellabatur. Ubi postea quoque extitit Themiscyra fuitque pars agri Amiseni (Strab. 12. 544, 547; Appian. Mithr. 78). Haec igitur erat sedes Amazonum, hae erant genuinae⁴⁾ Amazones, neque ullum extat vestigium illas antea umquam in alio loco certo positas esse.

Apparet illam Herculis fabulam non prius ortam esse, quam haec Ponti Euxini ora innotuit Graecis, id quod factum est Milesiorum maxime opera, a quibus Sinope et Amisus conditae sunt, deinde Megarenium, qui Heracleam condiderunt. Quodsi, ut vulgo creditur (cf. Busolti Gr. Gesch. 1. 587). Sinope anno a. Chr. fere 630, Amisus 560, Heraclea eadem aetate condita est, non ante medium septimum saeculum hanc fabulam extitisse eluet, immo probabile est paulo post, brevi ante annum a. Chr. 600 eam natam esse.

Neque ante hoc tempus ulli, quantum scimus, scriptori aut artifici nota fuit. Nam Homerus, quamquam commemorat Herculem quandam Troiam expugnavisse (v. Il. 5. 638; 20. 145) quod una cum expeditione in Amazones suscepta factum esse postea tradebatur, de Herculeo cum Amazonibus bello nihil dicit; neque iis locis, quibus de Amazonibus agit, quiequam de eo exhibit. Non magis Hesiodus, etsi tria Herculis facta affert (theog. 287, 313, 327), Herculis victoriam ab Amazonibus reportatam videtur novisse. Primus Hegias, de quo statim agetur, hanc expeditionem narrat; sed de huius aetate nihil constat, immo ex eo, quod supra dixi, concludere velim Hegiam non multo post annum 600 floruisse. — Deinde

⁴⁾ Quod Lemni quoque mulieres similiter atque Amazones viventes incoluisse dicebantur, hae non rem habebant cum Amazonibus nostris neque iis cognatae erant, sed sua sponte maritis interfectis quasi Amazones extiterant. Ceterum Lemniae nusquam Amazones appellantur. — Et quod a Diodoro (3. 51 sqq.) de Amazonibus Libyae traditur, non nisi ab inferioris aetatis scriptoribus videtur fictum esse.

ex artis monumentis lucis pertinentibus antiquissima videntur nonnulla vasa Attica vetustiora nigris figuris ornata, in quibus Hercules Amazonem rapiens pictus erat (v. Roscheri lex. myth. 1. 2202). Nullum igitur vestigium Herculeae fabulae eo tempore, quod statuimus, vetustius inveniri potest.

2.

Huic expeditioni Herculeae cum alii adiuncti sunt, tum Theseus, quem saepe alterius cuiusdam Herculis partes egisse scimus. Ita ab auctoribus traditur eum cum Hercule contra Amazones dimicasse Antiopenque praemium virtutis accepisse et secum domum abstulisse. Qua de re Pausanias 1. 2. 1 haec scribit: „Τροιζηρίῳ δὲ Ἡγίᾳ⁵⁾ τοιάδε ἐσ αὐτήν [sc. Antiopen] πεποίηται · Ἡρακλέα Θεμιστωραν πολιορκοῦντα τίρη ἐπὶ Θερμώδοντι ἔλευ μὴ δύνασθαι, Θησέως δὲ ἐρωθεῖσαν Ἀντιόπην, στρατεῦσαι γὰρ ἄμα Ἡρακλεῖ καὶ Θησέᾳ, παραδοῦνται τὸ χωρίον. τάδε μὲν Ἡγίας πεποτηκεν“. Facile intellegitur Hegiam, cuius fabulam Pausanias non totam enarravit, Antiopen a Theseo domum ductam finxisse, cum non probabile sit illam popularibus proditis Themiscyrae manuisse; ita credere licet Hegiam primum tradidisse Theseum Amazonem aliquam secum abstulisse.

Haec antiquissima fabulae nostrae forma habenda est. Apparet eam extitisse, postquam Herculis in Pontum Euxinum expeditio facta est. Vix igitur ante annum 600 eam narrari coepit esse satis confidenter conicere possumus. Cum hac sententia id congruit, quod ante Hegiam nemo eam commemoravit; non Homerus, non Hesiodus, qui de Thesei uxoribus nihil dicit, nisi illum Hippen et Aeglen in matrimonium duxisse (Athen. 13. 557 a) et Ariadnen amore Aegles commotum deseruisse (Plut. Thes. 20); neque Cyclorum poetarum quisquam praeter Hegiam fabulam Amazonis

⁵⁾ Hunc Hegiam eundem esse atque Agiam, qui „Nostos“ fecisse dicitur, et nostrum Pausaniae locum e Necyia quadam Hegiae petitum esse Welckerus (ep. Cycl. 1. 278) ostendit.

a Theseo raptae tractavit, ne Atthidis quidem auctor, quamquam Welckerus id coniecerat⁶⁾). Itaque cum nullus locus anno 600 antiquior contradicat, nihil impedit, ne credamus nostram fabulam illa aetate ortam esse.

3.

Sed postea Athenienses Theseum suum, cum omnibus modis exornare studerent, ab Herculis contubernio solverunt eumque suo Marte suoque auspicio expeditionem suscepisse dixerunt. Itaque hanc fabulae formam aetate minorem imprimis Athenis excultam esse crediderim tum quidem, cum Theseus ex mediocri regulo Attico clarus ille heros gentilis Ionum extitit, id quod aetate Cimonis factum est, de qua re infra plura dicemus.

Eorum, qui Theseum ab Hercule solverunt, primus est Pindarus, qui (fr. 161 = Paus. 1. 2. 1) tradit Theseum una cum Pirithoo Antiopen⁷⁾ rapuisse „ταύτην τὴν Ἀντιόπην Πίνδαρος μὲν φησιν ὑπὸ Πειρίθου καὶ Θησέως ἀρπάσθηται“. Pindarus enim cum Theseum primas partes in raptu agentem finxerit, tradidisse vix potest illum Herculis satellitem fuisse,

⁶⁾ Welckerus (ep. Cycl. 1. 321) censet eos versus, qui in scholio Pind. Nem. 3. 38 extant

„Τελαμών ἀκόρητος ἀντῆς
ἡμετέροις ἐτάροισι φώσ πρότιστος ἔθικεν,
κτενας ἀνδρολέτεραν ἀμώμητον Μελανίππην,
ἀντοκασγνήτην χρυσοζύροιο ἀνάσσης“

ex Atthide Hegesinoi petitos esse, ubi Theseus expeditione in Amazones facta eos dixerit. (Scholiastes, quo hi versus spectent, ita explicat „περὶ τοῦ καὶ ἐπὶ τὰς Ἀμαζόνας συστρατεῦσαι/τὸν Τελαμῶνα [sc.]“. — Sed Klugmannus l. 1. p. 15. Welckeri sententiam refutavit.

⁷⁾ Pindarus (fr. 162 = Plut. Thes. 28) Antiopes ex Theseo filium Demophontem dicit (*Tῆς δὲ Ἀντιόπης ἀποθανόντης ἔγημε Φαιδραν* [Theseus sc.], *ἔχων τὸν Ἰππόλυτον ἐξ Ἀντιόπης, ὃς δὲ Πίνδαρός φησι, Δημοφῶντα*). Klugmannus l. l. p. 5 ostendit Demophontem bellicosissimum filiorum Thesei existimatum esse, quippe qui bello Troiano interfuisse et pro patre suo Heraclidas adiuvuisse dicatur. Idem censet ab Euripide demum notam Hippolyti genealogiam factam, Demophontis repulsam esse.

et cum Hercules maior fuerit, quam qui alterius sattelles esset, Pindarus hoc loco omnino Herculem videtur omisso. Quod etiam ex Pausaniae verbis concludi potest, cum post Pindarum quasi contrarii causa Hegiae fabulam, in qua Hercules et Theseus coniuncti sunt, referat.

Pherecydes, Hellanicus, Herodorus item Theseum sine Hercule expeditionem in Amazones suscepisse finxerunt; Plutarchus enim (Thes. 26), postquam narravit Philochorum Theseum cum Hercule in Pontum Euxinum navigantem fecisse, ita pergit: „οἱ δὲ πλείους, ὅν ἐστι καὶ Φερεκύδης καὶ Ἐλλάνικος καὶ Ἡρόδωρος, ὑστερόν φασιν Ἡρακλέους ἴδιόστολον πλεῦσαι [sc. in Pontum Euxinum] τὸν Θησέα καὶ τὴν Ἀμαζόνα [sc. Antiopen] λαβεῖν αἰχμάλωτον“. — Quem socium Hellanicus et Herodorus Theseo in expeditione tribuerint, nescimus, sed Pherecydes Phorbantem ei dedit (schol. Pind. Nem. 5. 89 = fr. 108, „Φερεκύδης ἡρίοιον τὸν Φόρβαντά φησι Θησέως· σὸν φ καὶ τὴν Ἀμαζόνα ἀρπάξει“).

Isocrates, qui Panath. 193 narrat Amazonem Theseum e patria secutam esse (τὴν τοὺς τε νόμους παραβάσαν [sc. Hippolyten] τοὺς παρὰ αὐταῖς κειμένους ἐρασθεῖσάν τε Θησέως καὶ συνακολούθισαν ἐκεῖθεν καὶ συνοικίσαν αὐτῷ), utrum cum Herculis comitem fecerit neene, pro certo dicere non possumus; tamen cum hoc loco Theseum laudibus tollere studeat, probabilius est illum de industria neglexisse Herculem raptui interfuisse, ne Thesei gloria Herculis contubernio immiscueretur.

Lycophron (Alex. 1324 sqq.) adeo non Theseum Herculis socii partes agentem singit, ut ipsum praeter Amazonem (quam Orthosiam vocat) etiam balteum, cuius raptor semper Hercules existimatus est, rapuisse tradat: „Ζωστηροκλέπτης [i.e. Theseus] νεῖκος ὁρτερ διπλοῦν στόρων τ' ἀμέρσας καὶ Θεμισκύρας ἀπὸ τὴν τοξόδαμον τοσφίσας Ὁρθωσίαν.“

Bion Borysthenites (Plut. Thes. 26) adiunxitne Herculem Theseo, nescimus; tamen verisimilius est hunc quoque Theseum solum expeditionem suscipientem fecisse, cum tradat Antiopen per dolum captam esse (*Βίων δὲ [sc. φησι] καὶ*

ταύτην [sc. Antiopen] παρακρονόσμενον [sc. Theseum] οἰχεσθαι λαβόντα· φύσει γάρ οὐσας τὰς Ἀμαζόνας φιλάνθρωπος οὐτε φργεῖν τὸν Θησέα προσβάλλοντα τῇ χώρᾳ, ἀλλὰ καὶ ξένια πέμπειν· τὸν δὲ τὴν κομίζουσαν ἐμβῆγαι παρακαλεῖν εἰς τὸ πλοῖον· ἐμβάσης δὲ ἀραχθῆναι) et ad hunc dolum perficiendum Herculis auxilio non opus fuerit.

Ister, qui (Athen. 13. 557a) Thesei uxores recenset et in iis, quae raptae sunt, Hippolyten (sic appellat Amazonem) numerat (*ἔξ ἀρπαγῆς μὲν Ἐλένην, Ἀριάδνην, Ἰππολύτην... [sc. γυναῖκας τοῦ Θησέως γεγενήσθαι]*) de Hercule nihil dieit.

Menecrates Nysacensis (Plut. Thes. 26), qui tradit, quomodo Theseus tum, cum Antiopen rapuit, Pythopolim urbem condiderit, etsi hoc loco Herculis mentionem non facit, tamen, cum Theseum longe primas partes agentem faciat, illum videtur omissoisse.

Praeter hos scriptores quattuor vasa afferantur, in quibus picta est Amazo a Theseo rapta; ex his duo nigris figuris ornata sunt (alterum amphora Monacensis septima, alterum apud Stephanium, compte rendu 1866 p. 167. n. 2), duo rubris (alterum Musei Britannici n. 827 [opus Cachrylionis], alterum Mon. d'Inst. 1. 55 [quod solet dici Croeseum]). His in vasis Pirithoum vel Phorbantem vel utramque aspicimus Theseum in raptu adiuvantes, sed Hercules non adest.

4.

Etsi vidimus posterius huius fabulae genus a permultis traditum esse, tamen altera forma, in qua Hercules Thesei socius fuit, non evanuit, sed postea quoque a multis ferebatur; quod Phidiae maxime opera factum esse crediderim, qui Olympiae in regulis sellae Iovis Theseum in pugna contra Amazones commissa socii Herculis partes agentem finxit (v. Paus. 5. 11. 4) et ita inde ex Hegiae aetate primus fabulam antiquorem repetivit. Quod cur fecerit, non difficile est intellectu; nam Phidias iussus illi sellae Herculis cum Amazonibus pugnam inseculpere, cum et mandata exequi et una cum Thesei etiam popularium suorum gloriam exornare vellet, fabulam

Thesei cum Herculea videtur coniunxisse itaque utrumque heroem participem huius pugnae finxit; et cum illa sella statuenda esset Olympiae, ubi Hercules maxime colebatur eiusque fabulae pervulgatae erant, Thesei in Amazones expeditio ignorabatur, factum est, ut in illo Phidiae opere Hercules primas partes ageret, Theseus secundas, cum in Atticis fabulis Theseus suo Marte quoque ductu Amazonem rapuisse narraretur. Accedit, quod illa aetate huius fabulae posterior forma, qua Theseus sine Herculis auxilio Amazonem abstulisse dicitur, neque sola nota neque tam vetusta erat, ut artifices non alteram expeditionis a Theseo cum Hercule susceptae repetere possent.

Phidiam secutus est Euripides, qui Heracl. 217 sqq.⁸⁾ Herculem Amazonis balteum rapuisse et Thesei auxilio usum esse seripsit. Qui consulto Theseum et Herculem, heroes gentiles Ionum et Dorensium, videtur coniunxisse, ut Lacedaemoniis, hostibus Atheniensium, ostenderet, quam immores posteri amicitiae illorum essent.

Post Phidiam et Euripidem tradiderunt fabulae formam antiquorem Philochorus (fr. 49 = Plut. Thes. 26: „εἰς δὲ τὸν πόντον ἐπλευσε τὸν Εὔξεινον, ὡς μὲν Φιλόχορος καὶ τινὲς ἄλλοι λέγονται, μεθ' Ἡρακλέοντος ἐπὶ τὰς Ἀμαζόνας συστρατεύσας καὶ γέροντας ἀριστεῖσθν Ἀντιόπην ἔλαβεν) et Diodorus (4. 16 [Hercules iussus Hippolytes balteum auferre cum amicis illam aggressus Amazones devicit.] Τὸν δὲ αἰχμαλωτὸν Ἀντιόπην⁹⁾ μὲν ἐδωρίσατο Θησεῖ).

5.

Restat, ut agamus de Theseide quadam, cuius auctori Thesei raptus Amazonis notus fuerit necesse est (nam Antiope in hoc carmine Athenis versari videtur); sed utrum ille Theseum solum an cum Hercule coniunctum Amazonem auferentem

⁸⁾ (Iolaus dicit) . . . φημὶ γάρ ποτε σύμπλον γενέσθαι τῶνδ' [i. e. Heraclidarum] ὑπασπίζων ζωστῆρα Θησεῖ τὸν πολυκτόνον μέτα. [πατρὶ]

⁹⁾ Diodorus 4. 28 etiam alterum Amazonis nomen, Hippolyten, affert.

fecerit, nescimus. Haec enim de nostra Theseide Plutarchus (Thes. 28) refert: „*Ην δὲ τῆς Θησηὸς ποιητὴς Ἀμαζόνων ἐπανάστασιν γέγραψε, Θησεὶ γαμοῦντι Φαίδραν τῆς Ἀντιόπης ἐπιτιθεμένης καὶ τῶν μετ' αὐτῆς Ἀμαζόνων ἀμνομένων καὶ κτείνοντος αὐτὰς Ἡρακλέους, περιφανῶς ἔσκε μόνῳ καὶ πλάσματι*“. De hac Amazonum seditione (*ἐπανάστασι*), quam Plutarchus commenticiam existimavit, et de qua diu nihil ultra constituit, nunc Wagneri epitome Vaticana Apollodori et Papadopuli fragmentis Sabbaiticis editis (v. supra p. 8. nota 3) plura comperimus; nam fragmenta Sabbactica (Rh. M. 46. p. 184 l. 15—21) haec praebent: „*ἔχων δὲ ἐκ τῆς Ἀμαζόνος πατὴδα Ἰππόλυτον λαμβάνει [sc. Theseus] μετὰ ταῦτα παρὰ Δενκαλίωνος Φαίδραν τὴν Μίνωος θνητέρα, ἵνα ἐπιτελονμένων τῶν γάμων Ἀμαζών ἡ προγαμηθεῖσα Θησεὶ τοὺς συγκατακειμένους σύν ταῖς μεθ' ἔαντῆς Ἀμαζόνων ἐπιστᾶσα σύν διπλοῖς κτείνειν ἔμελλεν· οἱ δὲ κλείσαντες διὰ τάχους τὰς θύρας ἀπέκτειναν αὐτήν. τινὲς δὲ μαχομένην αὐτήν υπὸ Θησέως λέγονται ἀποθανεῖν*“. cf. ep. Vat. 19. 2 sq. (ed. Wagn. p. 66). „*Ἴν δὲ Ἰππολύτη ἡ τοῦ Ἰππολύτου μήτη, ἡ καὶ Γλαύκη καὶ Μελανίπη, αὕτη γάρ, ἐπιτελονμένων τῶν γάμων Φαίδρας, ἐπιστᾶσα σύν διπλοῖς ἄμα ταῖς μεθ' ἔαντῆς Ἀμαζόνων ἐλεγε κτείνειν τοὺς συνανακειμένους Θησεῖ. μάχης οὖν γενομένης ἀπέθανεν, εἴτε ὑπὸ τῆς συμμάχου Πενθεσίλειας ἀκούσης, εἴτε ὑπὸ Θησέως, εἴτε διτὶ οἱ περὶ Θησέα, τὴν τῶν Ἀμαζόνων ἔωδακότες ἐπιστασίαν, κλείσαντες διὰ τάχους τὰς θύρας καὶ ταῦτην ἀπολαβόντες ἐντὸς ἀπέκτειναν*“. — De ea nostrae fabulae forma, quae illa Theseide continebatur, iam Klugmannus (l. l. p. 19 sq.) ex uno illo Plutarchi loco tam recte iudicavit, ut hodie quoque novis Apollodori fragmentis in lucem prolatis eius verbis prorsus assentiri possimus, quae afferre liceat: „In der Theseis führt der durch die Eifersucht geweckte Zorn Antiope den Aufstand der Amazonen herbei; dies Motiv entspricht aufs Genaueste der Schilderung der Heroine in den Nosten¹⁰⁾. Die Liebe zu Theseus liess sie ihm ihre Stadt überliefern und die

¹⁰⁾ Vide (supra p. 7) Hegiae illud fragmentum (Paus. 1. 2. 1).

Liebe bereitet ihr nun auch den Tod. Die Amazonen, welche mit ihr fallen, sind nicht aus Asien herbeigeeilt, ihre Wegführung zu rächen; sie sind bei ihr in Athen¹¹⁾ und bilden ihr Gefolge. Ein solches Gefolge . . . erfordert die heroische Würde der Fürstin. — Andrerseits fehlen in der vorliegenden Erzählung alle Hauptmomente des patriotischen Dogmas von Theseus' Siege. Es ist nur eine Schaar, nicht das Volk der Amazonen, welches in Athen kämpft, Antiope streitet nicht neben Theseus, und nicht Theseus, sondern Herakles¹²⁾ ist der Sieger. Letzteres ist das Auffallendste¹³⁾ und kann nur durch den Einfluss der Vorstellung erklärt werden, dass Herakles in Athen als Alexikakos verehrt worden ist. Er war für Theseus der Retter in der Not . . . — Dies Verhältnis beider zu einander muss uns auch veranlassen, die Theseis für älter zu halten als die Zeit Kimons, in welcher dem Glauben an die von Theseus vollbrachten Thaten ein höherer Aufschwung verliehen worden ist, nachdem das Theseion ein Asyl, der Heros ein Helfer für die Bedrängten geworden war . . .“

II. De Amazonum in Atticam incursione.

1.

Fabulam de Amazonum in Atticam incursione recentioris aetatis esse, quam eam, quae est de raptu Amazonis, inde effici videtur, quod ex hac orta est; nam Amazones ideo in Atticam invasisse dicuntur, ut popularem a Theseo raptam uleiscerentur. Hoc confirmatur eo, quod scriptorum aetate

¹¹⁾ Illam seditionem (*ἐπανάστασιν*) Athenis factam esse etiam probabilius est respicientibus nova Apollodori fragmenta; nam quod hic traditur, Amazonem portis subito clausis interceptam esse, non nisi Athenis in epulis Thesei et Phaedrae nuptialibus accidisse potest.

¹²⁾ Herculem, etsi neque in epitome Vaticana neque in fragmentis Sabbaiticis commemoratur, tanem etiam ab Apollodoro in amicis Thesei (*οἱ περὶ Θησέα* ep. Vat. I. l.) numeratum esse ex Plutarchi loco apparent.

¹³⁾ Hoc mihi non mirabile videtur, cum, id quod supra vidimus, Theseus cum Hercule etiam Amazonem rapuisse primo traditus sit.

maiorum nemo eam novit aut ad eam alludit, cum postea inter omnes vulgata sit (id quod infra videbimus), quodque, cum antea Thesei raptus Amazonis notus fuerit, nemo hac occasione usus narravit, quid fecissent illius populares ulciscendi causa: neque enim Homerus fabulam nostram commemorat neque Hesiodus, qui in theogonia multas fabulas tum notas collegit, neque Cyclici; et ne eos quidem versus (Arist. rhet. 3. 14), quos Welckerus ad „Athidem“ rettulit:

„*Ηγεό μοι λόγον ἀλλον, ὅπως Ἀστας ἀπὸ γαιῆς
ἡλθεν ἐς Εὐρώπην πόλεμος μέγας*“

ad Amazonum incursionem spectare (quod ille censuerat) cum alii tum Jahnus¹⁴⁾ ostenderunt. Tamen eiusmodi est fabula, quae fortasse non minus quam bellum Troianum carminibus exornata esset, si tum inter omnes nota fuisse.

Primus Amazones Atticam ingressas esse Aeschylus fabulatus est, qui Eum. 688 sqq.¹⁵⁾ Minervam, cum iudicium Areopagi instituit, narrantem reddit Amazones quondam bellum Atheniensibus gerentes Areopagum contra urbem munivisse ibique Marti sacrificasse:

(Eum. 688 sqq.) *πάγον δ' [έδειται] τόνδ', Ἀμαζόνων ἔδοαν
σοληνάς θ', δ' ἡλθον Θησέως κατὰ φθόρον
στρατηλατοῦσαι, καὶ πόλιν νεόπτολιν
τήροντες ἐψίπνυγον ἀντεπύγωσαν τότε,
Ἄρει δ' ἐθνον, ἔνθεν ἐστ' ἐπώνυμος
πέτρα πάγος τ' Ἄρειος.*

¹⁴⁾ Jahnus, Archäolog. Beitr. p. 272; Nitzschius, Beitr. p. 166; Klugmannus l. l. p. 18. — Theseis illa, de qua supra p. 11 sqq. actum est, nihil exhibet de Amazonum incursione, itaque sive ante Cimonis aetatem orta est, sive postea, non maioris momenti est ad nostram rem, quam hi versus Arist. rhet. 3. 14.

¹⁵⁾ Quod N. Wecklein in editione Orestiae (Lips. 1888) Eumenidum versus 684—713 delevit, hic non anquirimus, utrum id recte fecerit neene. Nam fabulam Amazonum tum, cum „Eumenides“ tragoedia acta est, nota fuisse, etsi hic Aeschyli locus repudiandus esset, ex eo videmus, quod Pindarus et complures illius aetatis vasorum picturae eam praebent.

Deinde Pindarus fabulam Amazonum incursionis non ignorabat; Pausanias enim (7. 2. 7) scribit: „οὐ μὴ πάγτα γε τὰ ἐς τὴν θεὸν [sc. Dianam Ephesiam] ἐπύθετο, ἐμοὶ δοκεῖν, Πίνδαρος, ὃς Ἀμαζόνας τὸ τεῖχον ἐφη τοῦτο [sc. Ephesium¹⁶⁾] ὑδρίσασθαι στρατευομένας ἐπὶ Ἀθήνας τε καὶ Θησέα.“

Quorum locorum alter anno a. Chr. 458, quo acta est „Eumenides“ tragoedia, scriptus est, alter, cum Pindarus c. annum 448¹⁷⁾ mortuus sit, eadem fere aetate compositus sit necesse est.

Itaque pro certo dicere possumus anno 458 fabulam Amazonum in Atticam incursionis notam fuisse.

2.

Iam quaeramus, qui fiat, ut hic Amazones, gentem Asiae, in Attica inveniamus? Cum enim deliberamus, quae res illo tempore poëtas commoverit, ut Amazones in Atticam invasisset et inde ab Atheniensibus depulsas esse fingerent, in mentem nobis venit bellorum Persicorum paulo ante a Graecis felicissime gestorum.

Nam magnis illis periculis, quae Graeciae his bellis immi-
nuerant, Atheniensium maxime opera repulsis, illorum spiritus valde aucti erant et in dies magis augebantur rebus bene succendentibus in eo bello, quod ab Atheniensibus et sociis contra Persas Ionum liberandorum causa tertio et quarto sae-
culi quinti decennio gerebatur. Ita factum est, ut Athenenses

¹⁶⁾ Pindarus hic Ephesiam fabulam tradit (cf. Klugmannus l. l. p. 32). Quod cur fecerit, fortasse sic explicari potest: In iis enim bellis, quae Ioum liberandorum causa gesta sunt, Athenienses (etsi scriptores non tradunt eos Ephesum venisse) Ephesias Amazonum fabulas cognovisse et Athenas transtulisse verisimile est; quod, cum classis una quaque hieme Athenas rediret, brevi tempore factum esse potest. Et Ephesia fabula, qua Amazones quondam Diana templum condidisse tradebantur, ita enī Athenensi videtur coniuncta esse, ut Amazones narrarentur tum Ephesium templum condidisse, cum contra Athenas et Theseum profici-
cerentur.

¹⁷⁾ Christii Griech. Litteraturgesch. 2 p. 145.

pariter atque Dores heroem gentilem habere vellent, qui esset quasi patronus gentis Ionum et imprimis populi Atheniensium, utque illi suum Herculem habebant, ita Theseum heroem gentilem ficerent. Hoc ex eo maxime appareat, quod anno a. Chr. 472 Thesei ossa per Cimonem ab insula Scyro Athenas delata sunt et eius cultus Athenis institutus est¹⁸⁾.

Eadem fere aetate fabula Amazonum in Atticam incursionis videtur orta esse. Nam Athenienses illa gloria bellis Persarum parta tantopere permoti sunt, ut haud magno spatio intermisso studerent memoriam Thesei nuper tamquam novam auctoritatem adepti ita exornare, ut ille cives quondam a non minore periculo, quam paulo ante, bellis Persarum, immiuuerat, liberavisse videretur, ne heroi gentili virtute et in patriam meritis posteri praestarent. Itaque finxerunt antiquis temporibus barbaram gentem contra Athenas profectam urbi magnopere imminuisse, sed tandem a Theseo victam et pulsam esse. Et ex iis, quae de Thesei contra Amazones in Atticam expeditione narrabantur, initium cipientes novam veteri fabulae partem addiderunt¹⁹⁾, cum dicerent Amazones illam barbarem gentem fuisse, quae, ut popularer a Theseo raptam recuperarent, ex Asia Athenas venissent, sicut Persae nuper ex Asia in Graeciam venerant. Neque multum interest, utrum primum²⁰⁾ an secundum Persarum

¹⁸⁾ Velim conferas id, quod eadem aetate Mico et in Theseo templo et in Poecile Amazonum Atheniensiumque pugnam atque Theseum primas partes agentem pinxit, de quo vide infra p. 30.

¹⁹⁾ Etsi Aeschylus de raptu Amazonis nihil praebet, tamen ex eo, quod Pindarus, illius aequalis, utramque fabulae partem tradit (v. Paus. 1. 2. 1. et 7. 2. 7), videamus tum has partes inter se connexas fuisse.

²⁰⁾ Amazonum pugnam fortasse imaginem esse pugnae Marathoniae ex eo videtur elucere, quod Boëdromia et propter Marathoniam (vide Momusenii Heortologiam p. 209 sqq.) et propter Amazonum pugnam acta sunt (vide Plut. Thes. 27: „Ἡ μὲρον οὐν πάχη [sc. Amazonum in Attica commissa] Βοηδομιῶνος ἐγένετο μηρός ἐφ' ἣ τὰ Βοηδόμια μέζοι νῦν Ἀθηναῖοι θύεσσιν“). — Etiam duobus aliis locis Amazonum pugna cum Marathonia quasi comparatur: primum in Poecile Atheniensi, ubi Miconis tres picturae (quarta non Miconis fuit) eo

bellum respiciamus, cum in fabulis fingendis talium rerum gestarum memoria aliquantulo temporis exacto confundi soleat²¹⁾. Itaque breviter dicere possumus nostram fabulam esse imaginem „bellorum Persicorum“.

Verum quomodo et qua via orta sit, quis primus eam narraverit, a quibus populi Atheniensium viris vulgata sit, utrum scriptis carminibus an ore hominum tradita sit, haec perscrutari nemo conabitur aut volet. Sed satis est ostendisse ante id tempus, quo Amazonum incursio primum commemoratur, ante annum 458, nullam aetatem tam aptam fuisse ad fingendam hanc fabulam, quam in sequentem bella Persarum, qua (liceat hoc repetere) Atheniensium spiritus tantopere aucti sunt, qua Thesei auctoritas ita effloruit, ut illius cultus institueretur et templa aedificarentur, qua Theseus heros maximus populi Atheniensium et alter quidam ἀλεξικαρος ita factus est, ut eius templum asylum fieret, qua Theseus similiter primas partes egit atque in fabula ipsa, in qua defensorem et servatorem patriae se praestat. — Deliberantibus haec omnia probabile videbitur fabulam Amazonum incursionis posse non nisi Cimonis aetate et eam tum fere, cum Thesei cultus institutus est, tertio saeculi quinti decennio vel paululo post, ortam esse.

3.

Hic necesse est etiam Cimonis rationem habeamus. Ut enim Theseus in fabula primas partes agit, ita Cimo illa aetate splendidissimus inter Athenienses erat et civibus auctor fuit, ut bellum contra Persas ad finem perduceretur periculaque, quae ex iteratis Persarum incursionibus metuebantur, in

ordine extabant (1. Amazonum pugna, 2. Ilii excidium, 3. Marathonia pugna), ut Amazonum pugna Marathoniae responderet (v. Paus. 1. 15). — Deinde apud Herodotum (9. 27) Klugmannus (p. 44) eundem ordinem observavit. Hic etsi conicere licet Herodotum picturas Poeciles quasi duces secutum esse, tamen non casu nec fortuito videtur factum esse, ut una aetate bis Amazonum pugna Marathoniae respondens inveniatur.

²¹⁾ Velut nos bella annorum 1813. 1814, 1815 non distinguimus, sed una comprehendere solemus.

omne tempus repellerentur. Verisimile igitur est eum pro sua parte id egisse, ut Theseus, heros gentilis, qui tum una cum novo Atheniensium spiritu quasi revixerat, quam plurimi aestimaretur. Quod ut fieret, Cimo Thesei ossa Scyro Athenas transportanda curavit et, nisi omnia fallunt, auctor Thesei cultus Athenis instituti lateque diffusi fuit. Itaque cum hac aetate mos fuerit originem ab heroibus ducere, haud scio an aut Cimo ipse studuerit maiores suos cum Theseo a se culto affinitate iungere, aut amici vel aequales eum cum Theseo iunxerint. Nam re vera hoc factum esse, ex Istri fr. 14 (= Ath. 13. 557. a) videmus, qui cum uxores Thesei recenseat, Meliboeam²²⁾, Aiacis matrem, eum legitimo dicit matrimonio duxisse. Et cum constet Miltiadem et Cimonem originem ex Aiace duxisse (vide Marcellinum in vita Thucydidis 2), cognoscimus iunctum fuisse affinitate Cimonem cum Theseo.

Istrum id, quod in illo fragmento tradidit, non ementitum esse, sed ex antiquioribus fontibus hausisse nemo negabit; nam quid interfuerit Istri, viri docti Alexandrini, Aiacem privignum Thesei facere? Sed hoc sine dubio ea aetate fictum est, qua et erat, qui se progeniem Aiacis esse diceret cumque Theseo affinitate iunctus esse cuperet, et Theseus tanti aestimabatur, ut eius affinitas digna esset, quae expeteretur, quod utrumque ad Cimonem pertinet. Itaque pro certo habere licet hanc fabulam, qua Theseus Meliboeam duxisse traditur, ea aetate factam esse, qua Cimo floruit.

Sed fortasse quispiam dixerit illam affinitatem, qua Ajax Thesei privignus fuerit, non eiusmodi esse, ut ex ea talia conici possint. At quam aliam inter Theseum et Cimonem fingere licuit? Hic enim cum Aiacis progenies habebatur, tum ne per maternam quidem originem cum Theseo iungi poterat, quoniam Cimonis mater²³⁾ Hegesipyle, Olori filia, ex Thracia gente oriunda erat, quae cum Theseo minime rem

²²⁾ Item Plutarchus (Thes. 29) narrat Theseum Aiacis matrem duxisse, sed hanc non Meliboeam, sed Periboeam appellat.

²³⁾ De origine Cimonis v. Toepfferum, Attische Genealogie p. 269 sqq.

habebat. Ita si demonstratum est Cimonis aequales se Thesei genealogiae dedisse, licet conicere hac aetate omnino nonnullas Thesei fabulas fictas esse, in quibus fabulam Amazonum incursionis, praesertim cum antea non extet, postea late diffusa sit, cumque ad eam fingendam haec ipsa aetas aptissima fuerit.

4.

Accedit, quod Amazonum incursio Persarum simillima est: nam et Amazones et Persae ex Asia veniunt; utrique ante omnes Athenienses summa vi aggrediuntur, utrique vincuntur et repelluntur. Quod imprimis appareat, cum respiciamus, quem ad modum oratores²⁴⁾ ([Pseudo-]Lysias in epitaphio, Isocrates in Panegyrico, Pseudo-Demosthenes in epitaphio) Amazonum incursionem narraverint et exornaverint.

Nam in [Pseudo-]Lysiano epitaphio (4 sqq.) legimus Amazones, postquam vicinos sub suam potestatem redigissent, multis gentibus imperasse, tandem invidia gloriae Atheniensium et cupidine imperii proferendi incitatas bellum his intulisse et ad expeditionem multos bellicososque socios secum duxisse; bellum autem non pace compositum esse, sed omnes Amazones victas et deletas esse.

Isocrates [Paneg. 68 sqq.²⁵⁾] de Amazonum expeditione similia narrat et addit eas odio Graecorum, imprimis Atheniensium inflammatas incursionem fecisse.

Pseudo-Demosthenes (epitaph. 8) praeterea commemorat Amazonum exercitui nisi Athenienses neminem resistere potuisse.

²⁴⁾ Hue spectat etiam Platonis Menexenus (p. 239. b. „Ἐνμόλπον μὲν οὐν καὶ Ἀμαζόνων ἐπιστρατευσάντων ἐπὶ τὴν χώραν καὶ τὸν ἐπιποτέρον ὡς ἴμβραντο . . . πουηταὶ αὐτῶν ἥδη ἵκανως . . . μεμηρίκασσι“), qui quasi parodia declamationum oratorum est. Sed cum hic Amazonum incursio non nisi breviter tractata sit, illam cum Persarum bellis similitudinem minus cognoscimus.

²⁵⁾ Praeter hunc locum nostra fabula ab Isocrate stringitur Panath. 193, Archidam. 42, Areop. 75.

Haec omnia non minus quadrant ad eam incursionem, quam Xerxes anno a. Chr. 480 fecit: Persae enim ipsi quoque multis gentibus imperabant et totam Asiam ipsamque Ioniam subdiderant; denique cum cupidine imperii proferendi tum odio Graecorum, imprimis Atheniensium (propter cladem Marathonium) incitati his bellum intulerunt multosque et bellicosos socios secum duxerunt; quibus praeter Athenienses adeo nemo strenue resistere conatus est, ut sine horum consilio et virtute futurum fuisse, ut Graeci libertate privarentur; tamen hoc quoque bellum periculi plenum non pace compositum est, sed Persae tantopere victi et repulsi sunt, ut numquam redirent.

Ita ea fabulae forma, quam oratores praebent, nos haud minime id admonet Amazonum incursionem esse imaginem bellorum Persicorum.

5.

Postquam vidimus, quemadmodum fabula Amazonum in Atticam incursionis aetate Cimonis orta sit, breviter exponamus, quid ii scriptores, qui post hanc aetatem fuerunt, de ea censuerint.

Herodotus enim (9. 27) Athenienses in ea oratione, qua ante pugnam Plataensem maiorum egregia facta praedican, hoc dicentes facit: „εστι δέ ήμην ἔργον εὐ ἔχον καὶ ἐς Ἀμαζονίδας, τὰς ὑπὸ Θερμόδοντος ποταμοῦ ἐσβαλόντας κοτὲ ἐς γῆν τὴν Ἀττικήν“. Qui Atheniensium in Amazones pugnam ita percipi vult, ut quasi pro omnibus Graecis barbaram illam gentem reppulerint; quare de Thesei raptu Amazonis, qui ab aliis auctoribus causa incursionis existimabatur, imino de Theseo ipso nihil dicit, ne bellum ad Athenienses solos pertinere videatur²⁶⁾. Hoc etiam magis apparet, cum eam fabulam respicimus, quam Herodotus 4. 110 sqq. de Graecorum

²⁶⁾ Similiter oratores, de quibus supra egimus, nihil praebent de Theseo raptuque Amazonis, quia item atque Herodotus bellum Amazonum ita describunt, ut gloriam, nisi omnium Graecorum, tamen Atheniensium, non solius Thesei, laudibus tollant. Unus locus Isocratis (Panath. 193) exceptus est, ubi Thesei mentio fit.

in Amazones expeditione narrat: „Graecos enim cum Amazones pugna ad Thermodontem commissa viceissent, tribus navibus captivas secum duxisse; has in itinere victores Graecos aggressas occidisse et, cum rei navalis imperitiae essent, ventis et fluctibus in Maeotim paludem ad locum quendam, cui nomen Cremni erat, in Scytharum finibus situm, delatas esse. Ubi aliquantum temporis bello gesto tandem cum Scythis conubio instituto circa Tanaim flumen consedisse novaeque gentis, Sauromatarum, auctores fuisse.“ — Hoc quoque cum Amazonibus bellum Herodotus quasi omnium Graecorum in barbaram gentem Asiae expeditionem, bello Troiano non dissimilem, singit, quare neque Theseum neque Herculem illorum ducum partes agentes facit; itaque etiam Amazonum in Atticam incursionem ita percipi vult, ut cladem a tota Graecorum gente acceptam vindicasse putentur.

6.

Cur Herodotus Amazones cum Scythis coniunxerit, cum antea²⁷⁾ semper in Cappadocia collocatae essent, facile intellegimus deliberantes quinto a. Chr. saeculo Graecos, cum commercium haberent cum iis gentibus, quae Pontum accolebant, terras a Ponto ad meridiem spectantes, satis cognovisse²⁸⁾. Quas ad cognoscendas Sinope et Amisus, quae

²⁷⁾ Hegiam enim Trozenium Amazones in Themiscyra collocasse iam vidimus. Item Aeschylus, qui cum Prom. 415 sqq. Amazones finitimas Scytharum appetet, quae in Colchide apud Maeotim paludem incolant, v. 723 Prometheus inducit vaticinantem illas inde in Themiscyram et ad Thermodontem migraturas esse. Ex hoc videmus Aeschili aetate Amazones in Themiscyra collocatas esse, et illum priorem sedem earum existimasse Colchidem et eas terras, quae Caucasum attingunt. — Etiam Pindarus (fr. 150 = Strabo 12. 544) Amazones in ora Cappadociae posuit („ὅτι αἱ Ἀμαζόνες Σύγιον εἰρωνίζουν δίεπον στρατόν“); nam Cappadoceas a Graecis Syri vocabantur. — Quod idem Amazones per Ephesum in Atticam venientes facit (fr. 159 = Paus. 7. 2. 7), hanc Ephesiam fabniam esse iam vidimus, cum constet urbes Ionicas suas quamque Amazonum fabnias habuisse.

²⁸⁾ Iam Hecataeus Themiscyram novit, qui (fr. 350) hanc regionem describit.

magis magisque crescebant, multum valuerunt. Sed cum Amazonum gens, ubi ad Thermodontem et in Themiseyram ventum est, non reperiatur, sedes eius in iis terris, quae a Ponto in septentriones spectant quaeque minus notae erant, collocatae sunt. Ita factum est, ut inde ex Herodoti aetate Amazones a plurimis ad Maeotim paludem sedentes fingerentur. Euripides enim (Herc. fur. 416) Herculem eodem prefectum facit, ut balteum Hippolytes peteret. Similiter Hellanicus, quem Herodoti historias novisse verisimile est, videtur Amazones cum Scythis coniunxisse vel in eorum finibus collocavisse: Hell. fr. 84 = Tzetz. ad Lyc. 1332 [*Ἐπεστράτευσαν δὲ αἵται* (i. e. Amazones) *τῇ Ἀττικῇ, καὶ τιμηθεῖσαι ὑπεστρεψαν εἰς Σκυθίαν.* *Καὶ οὗτος μὲν* (Lycophron sc.) *διὰ τὸν ξωστήρα φησιν αὐτᾶς ἐπὶ τὰς Ἀθήνας στρατεῦσαι.*] *Ἐλλάτικος δὲ ὁ Λέσβιός φησιν, διὰ παγέντος τοῦ Κιμμειουκοῦ Βοσπόρου διέβησαν αὐτὸν καὶ ἥλθον εἰς τὴν Ἀττικὴν καὶ τέτρασι μηροὶ πολεμήσασαι ὑπεστράφησαν.* Οὐ λέγει δὲ τὴν αἴτιαν. — cf. Plut. Thes. 27. *Εἰ μὲν οὖν, ὡς Ἐλλάτικος ἴστορικε, τῷ Κιμμειουκῷ Βοσπόρῳ παγέντι διαβάσαι περιῆλθον* [sc. Amazones in expeditione contra Athenas facta] *ἔφορος ἐστὶ πιστεῦσαι*²⁹⁾. —

²⁹⁾ Praeter haec duo fragmenta ad Amazonum in Atticam incursionem spectantia hoc Hellanici videtur esse: Plut. Thes. 27. 6 „*H μέν οὖν μάχῃ* [sc. Amazonum in Attica commissa] *Βοηδομισώρος ἐγένετο μηρός· ἐφ' ἦ τὰ Βοηδόμια μέχοι νῦν Ἀθηναῖοι θύνονται*“. Videmus enim ex illo Tzetzae scholio (ad Lyc. 1332) Hellanicum narrasse bellum Amazonum in Attica quattuor per menses gestum esse. Ita cum appareat eum accuratus in hoc bellum inquisivisse, non nimiae andaciea erit contendere, quod Plutarchus (Thes. 27. 6) tradat (autore non allato), pugnam Boëdromione mense commissam esse, ex Hellanico fluxisse, praesertim eam Plutarchus paulo ante (27. 3) Hellanicum excerpterit et, quod hie dixisset, Amazones Cimmerium Bosporum transgressas esse, impugnaverit. Cur autem Plutarchus hoc loco id, quod Tzetzes Hellanico auctore narrat, bellum quattuor per menses gestum esse, non item ex Hellanico hanserit, facile est intellectu; nam paulo post (27. 10) idem ex Clidemo dat additque bellum foedere compositum esse (*τετάρτῳ δὲ μηρὶ συνθήκας γερέσθαι διὰ τῆς Ἰππολύτης*), quod hie prae sumere noluit. — Et verba „*ἐφ' ἦ τὰ Βοηδόμια μέχοι νῦν Ἀθηναῖοι θύνονται*“ ob id conicere velim Hellanici esse, quod postea temporibus

Hellanicus, cum tradat Amazones in Atticam prefecturas Cimmerium Bosporum transgressas esse, sedes earum in Scythia posuit; nam si Amazones ad Thermodontem collocavisset, verisimillimum est eum non Cimmerium Bosporum, sed Thracium vel Hellespontum transeuntes illas ficturum fuisse. Ita Hellanicus, si Amazones in iis terris, quae a Ponto in septentriones spectant, collocavit, videtur eas cum Scythis coniunxisse, etiamsi in fragmentis ipsis eorum mentio non fit.

Non minus quam Hellanicus etiam oratores, velut Isocrates, Amazones cum Scythis coniunixerunt. Hic enim scribit (Paneg. 68) „*ἱλθον εἰς τὴν χώραν ἥμων . . . Σκύθαι μετ' Αμαζόνων*“ et (Panath. 193) „*εἰσέβαλον εἰς τὴν χώραν ἥμων . . . Σκύθαι μετ' Αμαζόνων*“. Etiam Pseudo-Demosthenes videtur Amazones in Scytharum finibus collocavisse, quod dicit (epitaph. 8) „*Ἀθηναῖοι τὸν Ἀμαζόνων στρατὸν . . . ἐκράτησαν οὕτως, ώστ' ἔξω Φάσιδος ἐνβαλεῖν*“; nam Phasis Scytharum fines ab Asia dividebat. Deinde Ephorus (fr. 78 apud Seymn. Ch. 881 sqq.) similiter atque Herodotus narrat Amazones post pugnam ad Thermodontem commissam ad Sauromatas, qui apud Maeotim paludem incolant, venisse. Neque minus Lycophron (Alex. 1322 sqq.), etsi Theseum Orthosiam ex Themiseyra rapientem facit, Amazones cum Scythis videtur coniungere, quod illas, cum in Atticam proficiscantur, Istrum transgredientes fingit, quo priusquam venerunt, eas per Scythiam migravisse appetret. (Alex. 1329 sqq. *Ζωστηροιλέπτης* [i. e. Theseus] . . . *Θεμισαροας ἀπο . . .*

Philochori (v. Philoch. fr. 33 Muelleri) Boëdromia a fabula Amazonum separata et cum Eumolpi fabula iuncta videntur fuisse; sed cum Plutarchus ea ad Amazones spectare tradat, concludendum est post Philochori aetatem illum festum diem denno cum Amazonum fabula iunctum esse. Id minime probabile videtur. Sed huic difficultati mederi possumus, si dicimus Plutarchum verba „*ἐφ' ἦ . . . θύνονται*“ ex Hellanico sine magna diligentia descriptissime; tum illud „*μέχοι νῦν*“ non ad Plutarchi, sed ad Hellanici tempora spectat. Ita si concludendum est verba „*ἐφ' ἦ . . . θύνονται*“ ex Hellanico hausta esse, sine ulla dubitatione etiam verba „*ἱ μὲν οὖν μάχῃ Βοηδομισώρος ἐγένετο μηρός*“ eidem attribuemus.

νοσφίσας Ὀρθωσίαν. οἷς αἱ σύνταγμοι Ἰων λαποδαῖ, Λάγυον
ἡδὲ Τήλαμον καὶ χεῦμα Θερμώδοντος Ἀκταῖόν τὸ δοσ . . .
ὑπέρ οὐλαινόν Ἰστρον ἥλασαν Σκυνθας ἵπποντας . . . καὶ
πάσαν Ἀκτήν [i. e. Ἀτταῖην] ἐξεπόρθησαν δορι]. Potest eliam
cogitari Lycophronem et alios (velut oratores et Hellenicum)
Herodotum sequentes ita rem gestam finxisse, ut Amazones
tum demum sororis ulciscendae causa in Europam et Atticam
transierint, postquam in Scythia novas sedes adeptae sint. —
Similiter Diodorus (4. 28), etsi Amazonibus veterem sedem
dat et Themiscyram urbem ad ostia Thermodontis sitam
eamque caput illarum regni appellat, tamen eam fabulam,
qua Amazones ad Maeotim incolere traduntur, videtur novisse
et ita explicat, ut dicat illas omnes terras circum Pontum
sitas sub potestatem suam redegisse. Denique Iustinus (2. 4)
sicut Diodorus Amazones ad Thermodontem in Themiscyriis
campis collocat, sed ut alterius fabulae, qua ad Maeotim
paludem sedere dicantur, rationem habeat, tradit illas Europae
maximam partem subegisse et Asiae nonnullas civitates occu-
pavisse; itaque hic quoque terras circa Maeotim sitas Ama-
zonibus dat.

7.

Sequitur ut breviter nominem

Clidemum, qui (apud Plut. Thes. 27) diligenter
exponit, quomodo Amazonum in Attica bellum gestum sit,
quantum concludere ei licebat ex iis urbis Athenarum
locis, quae ex Amazonibus appellata erant. De eo cum
Wachsmuthius (die Stadt Athen 1. 447 sqq.) et Klueg-
mannus³⁰⁾ (p. 36—42) disserte egerint, non est, quod plura
dicamus.

Marmor Parium, in quo ep. 21 haec extant:
„Ἀπὸ τῆς Ἀμαζόνων εἰς τὴν Ἀττικὴν στρατείας, ἐπῃ
ΓΡΗΓΗΡΙΟΥΣ ΔΔΔΙΙΙΙΙ, βασιλεὺος Ἀθηνῶν Θησέως“. Hic etsi
Kluegmannus (p. 78) Boeckhii sententiam, qui, ubi Seldenus

³⁰⁾ Idem p. 89—95 diligentissime tractavit eas Amazonum fabulas,
quae aliis Graeciae locis tradebantur; itaque nobis liceat has omittere.

legisset *AM/MION*, scriptum fuisse *AM/AI/ON* coniecerat,
impugnare conatur, tamen nos cum Muellero (F. H. G. I p. 546),
Flachio, Doppio (quaestiones de Marmore Pario, diss. Rostochi
1883) Boeckhii lectionem retineamus et censeamus auctori huius
inscriptionis Amazonum in Atticam incursionem notam fuisse.

Apollodori bibliothecam. Cuius cum extrema
pars, quae plurimas Thesei fabulas, in quibus Amazonum
incursionis, continebat, diu ignota fuisset, nunc, quoniam
fragmenta Sabbaïtica Apollodori prodierunt (cf. supra p. 5
nota 3), quid de hac fabula bibliothecae auctor censuerit,
cognoscimus; nam fr. Sabb. (Rh. M. 46. p. 184. l. 13 sqq.)
legimus: „Ἄτο [sc. propter raptum Amazonis] ἐστράτευσαν ἐπ'
Ἀθῆνας Ἀμαζόνες. καὶ στρατεύσαμένας αὐτὰς περὶ τὸν
Ἀρειον πάγον Θησέας μετὰ Ἀθηναῖον ἐνίκησεν“. Sed epi-
tome Vaticana Apollodori nihil praebet de nostra fabula.
Ceterum ad fabulam Amazonum incursionis exornandam e
bibliotheca non lucravimus.

Herodorum. Cuius fragmenta ad nostram fabulam
spectantia sunt haec:

1) Plut. Thes. 26. 2 sq. *Ια*. Εἰς δὲ τὸν πόντον ἐπλευσε
τὸν Εὖξενον, ὃς μὲν Φιλόχορος καὶ τινες ἄλλοι λέγονται,
μεθ' Ἡρακλέους ἐπὶ τὰς Ἀμαζόνας συστρατεύσας καὶ γέρας
ἀφοτεῖν *Ἀντιόπην ἔλαβεν*. *Ιβ*. Οἱ δὲ πλεύοντες ὡρ ἐστὶ καὶ
Φερενάδης καὶ Ἐλλάνικος καὶ Ἡρόδωρος, ὑστερόν φασιν
Ἡρακλέους ἴδιόστολον πλεῦσαι τὸν Θησέα καὶ τὴν
Ἀμαζόνα λαβεῖν αἰχμάλωτον, πιθανότερά λέγοντες.
Ιι. Οὐδεὶς γάρ ἀλλος ιστόρηται τὸν μετ' αὐτοῦ στρατευσάντων
Ἀμαζόνα λαβεῖν αἰχμάλωτον. *Ια*. Βίον δὲ καὶ ταῦτη παρα-
κρουσάμενον οἰχεσθαι λαβόντα· φύσει γάρ οὖσας τὰς Ἀμαζό-
νας φιλάρδους οὐτε φρύγειν τὸν Θησέα προσβάλλοντα τῇ χώρᾳ,
ἄλλα καὶ σέρια πέμπειν· τὸν δὲ τὴν κομίζουσαν ἐμβῆναι παρα-
καλεῖν εἰς τὸ πλοῖον· ἐμβάσης δὲ ἀραχθῆναι. *Ιι*. Μενεκράτης
δέ τις ιστοριῶν περὶ Νικαιᾶς . . . ἐκδεδωκὼς Θησέα φησί . . . κτλ.

2) Schol. Tzetz. ad. Lyc. 1332 *Ι' Επεστράτευσαν* δὲ αἴται
(i. e. Amazones) *τῇ Ἀττικῇ*, καὶ τικηθεῖσαι ὑπεστρεψαν εἰς
Σκυνθαν. Καὶ οὗτος μὲν (Lycophron) διὰ τὸν σωστῆρα φησιν

αὐτὰς ἐπὶ τὰς Ἀθήνας στρατεῦσαι· Ελλάνικος δὲ ὁ Λεσβίος φησιν, ὅτι παγέντος τοῦ Κυμαιοκοῦ Βοσπόρου διέβησαν αὐτὸν καὶ ἥλθον εἰς τὴν Ἀττικὴν, καὶ τέτοιαι μηδὲ πολεμήσασαι ὑπεστραφήσαν. Οὐ λέγει δὲ τὴν αὐτίαν. Λυσίας δὲ ὁ φίλων πορώτας φησὶν αὐτὰς ἀπάντων ἀνθρώπων τολμῆσαι ὑπὸν ἐπιβῆναι. Τῆς ἀνδρεῖας οὖν αὐτὸν πειρώμεναι πολλοὺς κατέδομον τόπους· ἐλθοῦσαι δὲ πρὸς τὴν Ἀττικὴν μόλις μὲν, ἡττήθησαν δέ.] Ἡρόδωρος δὲ ὁ Ποντικὸς τότε(!) [i. e. in pugna in Attica commissa] φησὶ Θησέα λαβεῖν τὴν Ἀντιόπην ἥ μαχομένην μετ' αὐτοῦ καὶ ὑπὸ Μόλπιδος [libri duo habent Μαλπονδίας i. e. Μολπαδίας cf. Plut. Thes. 27] τῆς Ἀμαζόνος ἀκοντισθεῖσάν τε καὶ πεσοῦσαν ἥ προέσβιν εἰρήνης τοῖς Ἀθηναῖοις μετὰ ξενιῶν ἐλθοῦσαν.³¹⁾

Horum fragmentorum imprimis secundum (Tzetz. ad Lyc. 1332) respiciendum est, in quo (id quod negari non potest) nova fabulae forma narratur: Theseum in pugna contra Amazones in Attica commissa (τότε) Antiopen cepisse pugnantem cum eo (μετ' αὐτοῦ³²⁾) et a Molpide Amazone telo iactam lapsamque vel pacis causa ad Athenienses venientem. Quare Kluegmannus (p. 22 sq.) id tenet Herodorum tradidisse Antiopen a Theseo in Attica captam esse.

Sed Muellerus (F. H. G. II p. 33) censet Tzetzem totum locum, qui sensu careat, hausisse e Plutarcho obiter inspecto (Thes. 27. 11. „Ἐγνοὶ δέ φασι μετὰ τοῦ Θησέως μαχομένην πεσεῖν τὴν ἀνθρώπων ὑπὸ Μολπαδίας ἀκοντισθεῖσαν“ et 26. 4.

³¹⁾ Praeter Plut. Thes. 26. 2 sq. et Tzetz. ad Lyc. 1332 Herodori esse priuō aspectu videtur: Tzetz. ad Antehom. p. 238 (ed. Jacobs) „Ἡρόδωρος δὲ ὁ Ποντικὸς καὶ Μεγεράτης ὁ περὶ Νικαίας ἴστοροίσας τῆς [ἐν Βαθυνίᾳ] πόλεως ἴστορεῖ ὡς Θησέος ἔχων τὴν Ἀντιόπην καὶ περὶ τοὺς ἐν Νικαίᾳ διέτροψε τόπους . . . κτλ. (v. Plut. Thes. 26. 5). — Hoc fragmentum negligenter exscriptum esse ex Plut. Thes. 5—10, ubi ea, quae ex Menecrate narrantur, praeedit primum illud Herodori fragmentum supra ascriptum (Thes. 26. 2) Muelleri concedendum est. Sed fortasse Tzetzes hic non e Plutarcho ipso, sed e mythographo aliquo hausit, quo Plutarchus ipse quoque usus est.

³²⁾ De verbis „μετ' αὐτοῦ“ mox agetur.

,[Bion narrat Amazones non fugisse Theseum ad fines earum appellantem] ἀλλὰ καὶ ξένια πέμπειν, τὸν δὲ τὴν κομίζονσαν ἐμβῆναι παρακαλεῖν εἰς τὸ πλοῖον· ἐμβάσης δὲ ἀναχθῆναι“). Haec Tzelzem suo more conglutinasse. — Cui Kluegmannus concedit (p. 23 nota) verba Tzetzae „μαχομένην μετ' αὐτοῦ καὶ ὑπὸ Μόλπιδος τῆς Ἀμαζόνος ἀκοντισθεῖσάν τε καὶ πεσοῦσαν“ apud Plutarchum extare neque negare vult Tzetzem nonnulla ex Plutarcho hausisse, sed dicit Tzetzem apud hunc invenire non potuisse Theseum Amazonem in Attica cepisse neque eum locum (Pseudo-)Lysiani epitaphii, qui in Tzetzae scholio nostro Herodori fragmendo antecedat, e Plutarcho fluxisse.

Verum Kluegmanni sententia imprimis refellitur eo Plutarchi loco (Thes. 26. 2), quo dicit „Pherecydem, Hellanicum, Herodorum narrare Theseum post Herculem et in Pontum navigasse et Antiopen cepisse“. Nam Herodorus, si altero loco tradit Amazonem in Ponto captam esse, non potest altero loco dicere id in Attica factum esse; itaque cum optio sit, utrum Plutarcho an Tzetzae credamus, illi malumus.

Nec minus loquendi usus Kluegmanni sententiam impugnat. Nam ille nostrum locum ita interpretatur, ut dicat Theseum in pugna contra Amazones in Attica commissa unam ex his, Antiopen, secum congrederentem cepisse; hoc probandum esset, si scriptum esset „μαχομένην πρὸς αὐτόν“ vel „αὐτῷ“; nunc vero legimus „μετ' αὐτοῦ“, quod est: „ab eius parte“, ut intellegamus eum, ex quo Tzetzes haec hausit, tradidisse Antiopen a Thesei parte pugnavisse.

Itaque Kluegmanni sententia repudianda est, cui id maxime obicimus, quod (p. 23 nota) Plutarchi locum (Thes. 26. 2) neglexit.

Neque tamen Muellerum prorsus sequi velim, sed censeo Tzetzem illud scholium non e Plutarcho ipso, sed e mythographo³³⁾ quodam, qui Plutarcho antecessit, hausisse. Quod si putabimus, omnia discrepantia facile explicare poterimus.

³³⁾ Hunc mythographum eundem esse atque qui Apollodori, quae dieitur, bibliothecam scripsit, probable est. Tamen id ne ex iis quidem, quae nuper prodierunt (cf. supra p. 5 nota 3), fragmentis novis Apollodori

Nam primum id, quod contra Muelleri interpretationem diei potest, non probabile esse Tzetzem Plutarchi duos locos tam longe distantes (27. 11 et 26. 4) in unum conglutinasse, debilitatur, si statim illum mythographum has res nullo spatio intermissis deinceps exhibuisse.³⁴⁾ Et quamvis Tzetzes verbis „μαχομένη μετ' αὐτοῦ . . . πεσοῦσαν“ cum Plutarcho congruat, non est, quod putemus eum ex Plutarcho ipso hausisse, cum hic et ipse non semel alios ad verbum transcriperit non confessus, quo fonte usus sit. Itaque dicimus utrumque sua ratione ex illo mythographo hausisse: Tzetzem totum eius locum uno tenore descripisse antea illis (Pseudo-)Lysiani epitaphii verbis allatis, Plutarchum unum mythographi locum duobus capitibus distribuisse.

Elicere possumus, quando ii, qui fragmenta Sabbaistica et epitomen Vaticana ex bibliotheca ipsa excerpterunt, nimis breviter de Amazonem a Theseo rapta agunt (fr. Sabb. l. l. p. 184. l. 11—13; ep. Vat. 3. 1 (ed. Wagn. p. 57).

³⁴⁾ Verba „Ἐνιοὶ δέ φασι μετὰ τοῦ Θησέως μαχομένην πεσεῖν τὴν ἀνθρώπον ὑπὸ Μολπαδίας ἀκοντισθεῖσαν“ unde ab illo mythographo petita sint, scire non possumus. Sed cum ex iis, quae sequuntur, verbis „καὶ τὴν στήλην τὴν παρὰ τὸ τῆς Ὀλυμπίας ἱερὸν ἐπὶ ταύτῃ κείσθαι“ (cf. Paus. 1. 2. 1 extr.) concludere licet a Plutarcho ut additamentum eius pugnae descriptionis, quam e Clidemo hancit, scripta esse, non ab omni verisimilitudine abhorret Clidemum ipsum omnia (Ἐνιοὶ δέ . . . ἐπὶ ταύτῃ κείσθαι) composuisse. Itaque existimo apud illum mythographum hunc ordinem extitisse: primum Clidemi pugnae illum mythographum hunc ordinem extitisse: primum Clidemi pugnae Amazonum descriptionem (Plut. Thes. 27. 7—11, verba ἵστορες Κλειδόνιος . . . ἱερὸν ἐπὶ ταύτῃ κείσθαι) deinde Bionis narrationem (Plut. μος . . . ἱερὸν ἐπὶ ταύτῃ κείσθαι) deinde Bionis narrationem (Plut. Thes. 26. 4, verba „Βίων δέ . . . ἀναχθῆναι, ita ut ea, quae Tzetzem conglutinasse Muellerus et nos censemus („Ἐνιοὶ δέ φασι . . . ἀκοντισθεῖσαν“ et „οἵτε φυγεῖν τὸν Θησέα προσβάλλοντα τῇ χώρᾳ, ἀλλὰ καὶ ξένια πέμπειν . . . ἀραχθῆναι“) apud illum mythographum coniuncta fuerint. — Ceterum eadem fabula Antiope a Thesei parte proeliata et a Molpadia interfactae apud Pausaniam (1. 2. 1) et Diodorum (4. 28) extat, ut Plutarchus optimo iure scripserit „ξυνοὶ δέ φασι“. — Velim quoque conferas id, quod in Apollodori epitome Vaticana 19. 3 (ed. Wagn. p. 66) legimus, traditam fuisse (sc. in illa Theseide) Antiope in epulis Thesei et Phaedrae nuptialibus proelio exerto a socia Penthesilea invita necatam esse (vide supra p. 12).

Deinde melius explicari potest enuntiatum „ἢ πρέσβυτοι οἰρῆται τοῖς Ἀθηναῖς ἐλθοῦσαν“, quod Tzetzem e Plutarcho (26. 4) descriptsse Muellerus putat. Sed etsi uterque idem dicere vult, tamen verba Plutarchi (vel Bionis) et Tzetzae inter se non congruunt. Itaque censemus aut Tzetzae verba „ἢ πρέσβυτοι . . . ἐλθοῦσαν“ cum Bionis nomine apud illum mythographum scripta fuisse et Plutarchum rem pluribus verbis quam mythographum narrasse, aut (quod verisimilius est) totum Plutarchi locum iam apud illum extitisse et Tzetzem rem paucis verbis absolvisse.

Denique ei difficultati mederi possumus, propter quam Kluegmanno persuasum fuit Amazonem in Attica demum pugna a Theseo captam esse, verbum dico „τότε“. Quod apud Tzetzem in contextu sermonis significare „in pugna in Attica commissa“ concedendum est. Sed quid impedit, quominus credamus hoc verbum iam ab illo mythographo, alio nimis sensu, scriptum fuisse Tzetzemque id descriptsse nec vidisse hoc uno verbo sensum totius scholii, immo totius fabulae mutari?

Sed quod Kluegmannus dicit in tabula Albana v. 312 sqq.³⁵⁾ et in schol. Arist. Panath. 118. 4³⁶⁾ tradi Amazonem in pugna Attica captam esse, etsi concedendum est, tamen contra diei potest hos locos inferioris³⁷⁾ aetatis esse neque ab omni verisimilitudine abhorre, ex Plutarchi vel priorum

³⁵⁾ vide Michaelis-Jahnii „Griech. Bilderchroniken“ p. 72; locum ipsum cum Kluegmanno (p. 6) sic lego: [Ἀμαζό]νες /δ' ἐ[σ]τ[α] τὰν Ἀττικὰν ἐ/σέβα/λο/ν] · Θησεὺς δὲ καὶ Η[γε]θο/ος αὐτᾶς ἐνί-κασαν [μάχα] / καὶ ἐλαβεν / Θ/ησεὺς αἱ/χνάλω/τον· Ιππολύτα[ν].

³⁶⁾ Arist. Panath. 118. 4: [Amazones in Attica a Theseo victae sunt.] καὶ ὁς Ιππολύτης λαβὼν καὶ συγγενόμενος ἐτεκε τὸν Ιππόλυτον.

³⁷⁾ Tabula enim Albana ex Augusti aetate videtur oriunda esse (v. Roscheri lex. myth. I. 2251); et Aristidis scholia post annum p. Chr. 500 scripta sint necesse est, quod Sopater auctor eorum esse dicitur (v. Christii Griech. Litteraturgesch. 2 p. 601).

scriptorum narrationibus errores³⁸⁾ extitisse, quibus fabula ita mutata est.

Videmus igitur Herodoro pugnam in Attica commissam non fuisse neque Tzetziani scholii ullam rationem habemus, sed Herodoro nihil attribuemus nisi illud fragmentum, quod apud Plutarchum (Thes. 26. 2) extat.

8.

Restat, ut stringamus ea artis monumenta, in quibus Amazonum in Attica pugna picta est vel fuit.

Miconis enim duae picturae hue pertinebant, quarum alterius Pausanias mentionem facit 1. 15. 2: „ἐν δὲ τῷ μέσῳ τῶν τοιχῶν [sc. Poeciles] Ἀθηναῖς καὶ Θησέῳ Ἀμαζόναις μάχονται“. Hanc picturam Poeciles et duas insequentes, quas Pausanias hoc loco describit (Illi excidium cum Graecorum in Pausanias iudicio et pugnam Marathoniam), Miconis fuisse Kluegmannus (p. 43) ostendit. — De altera Pausanias agit 1. 17. 2: „πρὸς δὲ τῷ γυμνασίῳ Θησέως ἐστὶν ἵερόν γραφεῖον δέ εἰσιν Ἀμαζόνας Ἀθηναῖς μαχόμενοι“. Hanc quoque Kluegmannus (l. l.) Miconi tribuit.

Deinde Phidias³⁹⁾ Amazonum in Attica pugnam et Olympiae in basi sellae Iovis⁴⁰⁾ et Athenis in clipeo Minervae⁴¹⁾ fixxit.

³⁸⁾ Velut in vetere scholio ad Lyc. 1331. Amazones a Theseo victae in Italiam venisse narrantur, cum hoc scholium cum Tzetziano comparantes videamus hanc narratiunculam non nisi per lapsum calami ortam esse; nam cum vetus scholiastes et Tzetzes hoc loco ad verbum fere inter se congruant, hic scribit: „ὑπέστρεψαν εἰς Σκυθίαν“, ille „παρεγένοντο εἰς Ἰταλίαν“.

³⁹⁾ De eius operibus Kluegmannus (p. 56—65) disserte egit.

⁴⁰⁾ Paus. 5. 11. 7: „τὸ ὑπόθημα δέ τὸ ὑπὸ τοῦ Διός τοῖς ποσὶν, ὑπὸ τῶν ἐν Ἀττικῇ καλούμενον θρανίον, λέοντάς τε χονσοῖς καὶ Θησέως ἐπειργασμένην ἔχει μάχην τὴν πρὸς Ἀμαζόνας, τὸ Ἀθηναῖς πρῶτον ἀρδογάθημα ἐς οὐχ ὄμοφύλους“. — De verbis „τὸ Ἀθηναῖς πρῶτον ἀρδογάθημα ἐς οὐχ ὄμοφύλους“ vide Kluegmannum p. 62.

⁴¹⁾ Paus. 1. 17. 2: „πεποιηται δέ σφισιν [sc. Atheniensibus] ὁ πόλεμος οὗτος [sc. Amazonum in Attica pugna] . . . τῇ Ἀθηνᾷ ἐπὶ τῇ ἀσπίδι . . .“

Denique extant complura vasa rubris figuris ornata ad pugnam Atticam spectantia, de quibus Kluegmannus p. 47 sqq. plurima dixit. Sunt enim haec:

1) Mon. d'Inst. 8. 44 = Stephanii n. 1680, compte-rendu 1866 tab. 6 = Conzii „Götter und Heroen“ tab. 32.

2) Luynesii „Vases“ tab. 43.

3) Panofka „Cab. Pourtalès“ tab. 35 = Millini „Gal. mythol.“ tab. 129. n. 495.

4) ibid. 754 = Gerhardi „auserl. Vasenb.“ 3. 163.

5) Gerhardi l. l. 4. 329.

6) Salzmanni „Kameiros“ tab. 58.

7) Heydemanni „Neap. Vasen“ Raec. Cum. n. 239.

B.

De Theseo et Helena.

Fabula est Theseum cum Pirithoo ipsum quinquaginta annos natum Helenam Lacedaemone rapuisse, raptam Athenas vel Aphidnas, in oppidum Atticæ, duxisse, Aethrae matri custodiendam tradidisse. Diuseuros autem, cum Theseus apud inferos esset cum Pirithoo, in Atticam invasisse et Athenis vel, ut postea ferebatur, Aphidnis expugnatis Helenam recuperasse Aethramque secum abstulisse. Atque Helenam postea Iphigeniam a Theseo susceptam peperisse et Clytaenestrae sorori educandam dedisse, quam ab ea filiae loco habitam esse.

Haec fabula priori, quae est de Theseo et Amazonibus, haud dissimilis est; nam in utraque Theseus puellam rapit; in utraque raptam propinqui recuperant vel recuperare student. Tamen, id quod etiam Klugmannus l. l. p. 3. censet, altera fabula non ex altera videtur nata esse, neque barbara Amazo umquam rem habuit cum Argiva Helena.

1.

Primum ostendamus Homero fabulam Helenae a Theseo raptæ nondum notam esse. Nam etsi concedendum est Il. 3. 144 Aethram quandam, Pithei filiam, ancillam Helenae commemorari:

'Ωρμᾶτ' ἐκ θαλάμου (Helena) —
Οὐκ οὖη, ἀμα τῇγε καὶ ἀμφίπολοι δύ' ἔποντο,
Αἴθωη, Πιτθῆς θυγάτης, Κλυμένη τε βοῶπις,

quibus ex versibus primo aspectu concludi potest Aethram, quae postea vulgo Thesei mater existimabatur, tum ancillam

Helenæ factam esse, cum illa a fratribus recuperata est, itaque ad nostram fabulam Homerum alludere, — tamen sunt, quae contra dicant. Primum enim, quod Il. 7. 392 et 13. 626 Homerus Helenam „virgineam uxorem“ (*κονυδήην ἀλοχον*) Menelai appellat; nam hoc vocabulo significat eam, antequam a Menelao ducta sit, nemini nuptam fuisse, quod iam veteres scholiastæ coniecerunt negaveruntque Homero notum fuisse Theseum quandam Helenam rapuisse (Schol. A. ad 7. 392 „... δτι οὐ προγεγάμηται ἐτέοφ καθ' Ὁμηρον ἡ Ἐλένη“ et schol. 13. 626 „ώς ἐκ παρθενίας αὐτὴν ἐσχεν ὁ Μενέλαος καὶ οὐκ οἶδε τὰ περὶ τῆς Θησέως ἀρπαγῆς“ et schol. V. ad eundem versum „κονυδήην· οὐκ οἶδε γὰρ αὐτὴν ἐκ Θησέως Ἰηγένειαν ποιήσασαν“), quos Lehrsius (Arist. p. 185) et Engelmannus (in Roscheri lex. myth. s. v. Helena p. 1928) secuti sunt. — Tamen non neglegendum est Homerum non semel vocabulo „κονυδήη ἀλοχος“ usum esse pro „legitima uxore“; cf. Il. 5. 414, 19. 298, Od. 11. 430, saepius.

Sed magis ex eo concludimus Homerum raptum Thesei non novisse, quod neque in Iliade neque in Odyssea, quamvis saepe Helenæ mentio fiat, hunc raptum commemorat aut ad eum alludit, quem si novisset, certe Il. 3. 139 sq. aut 3. 173 sqq. aut 3. 236 sqq. strinxisset, ubi dicit de Helenæ marito priore (Menelao), patria, parentibus, domo, fratribus, denique de filia, quam e Menelao peperit, sed prioris mariti alicuius filiaeve ex eo susceptae nusquam mentionem initit⁴²⁾.

Ita cum videamus Homero Thesei raptum Helenæ nondum notum fuisse, verisimile est hanc fabulam post Homeri aetatem extitisse, praesertim cum simillima sit fabulae Helenæ a Paride raptæ et imitatio eius videatur: nam ut in hac

⁴²⁾ Il. 3. 139 sq.:

"Ως εἰπούσα θεά [sc. Iris] γλυκὺν ἵμερον ἔμβαλε θυμῷ
[sc. Helenæ]
ἀνδρός τε προτέροιο καὶ δστεος ἥδε τοιάων."

ibid. 173 sqq. [Helenæ cum Priamo colloquitur]:
"Ως ὅφελεν θάνατός μοι ἀδετν πανός, ὄππότε δεῦρο
νιέτ σφ ἐπόμην, θάλαμον γνωτούς τε λιποῦσα

Paris, ita in illa Theseus Helenam Spartae rapit; ut in hac Menelaus et Graeci raptam recuperant bello Paridi Troianisque illato et Troia expugnata, ita in illa Dioscuri fratres expeditione in Atticam facta et Athenis⁴³⁾ captis sororem reducunt.

Non magis quam Homerus Hesiodus nostram fabulam novit; nam Thesei uxores nullam nisi Aeglen, Hippem, Ariadnen memorat (cf. supra p. 7). Porro cum Stesichorus [Schol. Eurip. Orest. 249, ed. Dind.⁴⁴⁾] cecinerit Venerem ira Tyndarei inflamatam filias eius διγάμους et τοιχάμους reddidisse et Helenae maritos Theseum, Menelaum, Paridem dicere videatur, Hesiodum [ibidem] non nisi Menelaum et Paridem maritos eius nominavisse intellegimus; qui si Helenam a Theseo raptam esse scivisset, certe hoc loco, quo omnes coniuges filiarum Tyndarei recenseret, Thesei mentionem fecisset.

πατεδά τε τηλυγέτην καὶ διηλικήν ἐρατεινήν . . .
οὗτος . . . [έστι] Ἀγαμέμνων . . .
δαήρος αὐτὸς ἐμός ἐσκε κυνώπιδος, εἴποτ' ἔην γε.

ibid. 236 sqq. [eadem dicit]:

δοίω δ' οὐ δύναμαι ἰδέειν κοσμήτορε λαδῶν,
Κάστορα θ' ιππόδαμον καὶ πὺξ ἀγαθὸν Πολυδεύκεα,
αὐτοκαρυγήτο, τῷ μοι μὰ γείνατο μῆτρο . . .
ιῦν αὐτὸν ἐθέλοντο μάγρην καταδύμεναι ἀνδρῶν,
αἰσχεα δειδίτες καὶ ὄνειδεα πόλλ', ὁ μοι ἐστιν,

ubi Helena ad eam ignominiam alludit, quod Paridem secuta adultera facta sit, quo loco Homerus, si nostram fabulam novisset, certe prioris ignominiae (quod illa a Theseo raptam esset) mentionem faceret.

⁴³⁾ Nam Aphidnarum captarum fabulam aetate minorem esse infra (p. 44 sqq.) videbimus.

⁴⁴⁾ Στησίχορος φησιν, ὡς θέων τοῖς θεοῖς Τυρδάρεως Ἀφροδίτης ἐπελάθετο. Ή δὲ θεὸς ὁρμούσθεισα διγάμους τε καὶ τοιχάμους καὶ λειψάνδρους αὐτὸν τὰς θυγατέρας ἐποίησεν. — Καὶ Ἡσίδος δέ.

τῆσιν δὲ φιλομμειδῆς Ἀφροδίτη⁴⁵⁾
ιγάσθη προσιδοῦσα, κακὴν δέ σφ' ἐμβαλε φήμιν.
Τημάνδοη μὲν ἐπειτ Εχεμον προλιποῦσ' ἐβεβίκει,
ἴκετο δ' ἐς Φυλῆα, φίλον μακάρεσσοι θεοῖσιν,
ῶς δὲ Κλυταιμήστοη προλιποῦσ' Ἀγαμέμνονα δῖον
Αἰγισθω παρέλεκτο καὶ εἶλετο χείρον' ἀκοτῆρ,
ῶς δ' Ἐλένη ὥσχνε λέχος ξανθὸν Μενελάου.

2.

Primus Aleman (fr. 10) nostram fabulam exhibet; legimus enim schol. Il. 3. 242: „Ἐλένη ἀρπασθεῖσα ὑπὸ Ἀλεξάνδρου, ἀγροοῦσα τὸ συμβεβικός μεταξὺ τοῖς ἀδελφοῖς Διοσκούροις κακόν, ὑπολαμβάνει δι' αἰσχύνην αὐτῆς μὴ πεπορεῦσθαι τούτους εἰς Ἰλιον, ἐπειδὴ πρότερον ὑπὸ Θησέως ἡρπάσθη, καθὼς προείηται · διὰ γὰρ τὴν τότε γενομένην ἀρπαγὴν Ἀριδρα⁴⁶⁾, πόλις Ἀττικῆς, πορθεῖται, καὶ τινῶσκεται Κάστωρ ὑπὸ τοῦ Ἀφίδνου⁴⁷⁾, τοῦ τότε βασιλέως, κατὰ τὸν δεξιὸν μηρόν · οἱ δὲ Διοσκούροι Θησέως μὴ τυχόντες λαφυραγωγοῦσι τὰς Ἀθήνας [cod. A; Ἀφίδρας Didym.], ἡ ἴστορία παρὰ τοῖς Πολεμιστοῖς ἡ τοῖς κυκλικοῖς, καὶ ἀπὸ μέρους παρὰ Ἀλκμάνη τῷ λοιπῷ“. Idem narrat Pausanias 1. 41. 4: „Μεγαρέως δὲ Τημαλκον πατέρα τίς μὲν ἐς Ἀφίδναν ἐλθεῖν μετὰ τῶν Διοσκούρων ἔγραψεν; πᾶς δ' ἀν διηκόμενος ἀναιρεθῆναι νομίζοιτο ὑπὸ Θησέως, διπον καὶ Ἀλκμάν ποιήσας ἄσμα ἐς τοὺς Διοσκούρους, ὡς Ἀθήνας ἔλοιεν καὶ τὴν Θησέως ἀράγοιεν μητέρα αἰχμάλωτον, δημος Θησέα φησίν αὐτὸν ἀπετεναι;“

Ex his duobus locis alter et Alemani et Polemoniis⁴⁷⁾ et Cyclicis quibusdam, alter Alemani soli tribuitur. Itaque quaerendum est, quid ille scholiastes (ad Il. 3. 242) ex Alemane hauserit, quid e ceteris; quod imprimis ex Pausaniae loco colligimus. Pausaniae enim verba „ἐς τοὺς Διοσκούρους ὡς Ἀθήνας ἔλοιεν“ scholiastes hunc in modum praebet: „οἱ δὲ Διοσκούροι λαφυραγωγοῦσι τὰς Ἀθήνας“⁴⁸⁾; Pausaniae „καὶ

⁴⁵⁾ Extant huius nominis duae formae, altera singularis, altera pluralis numeri. Herodotus enim, qui primus exhibet, plurali utitur, sed post eum utraque forma scribebatur, cum Hellanicus in schol. Il. 3. 144, Isocrates, Diodorus, Strabo, Pausanias, Schol. Demosth. in Nearam 1348. 7 (ed. Muell.) singulari numero, Duris apud Tzetz. ad Lyc. 143, Plutarchus, scholia, quae Didymi appellantur, ad Il. 3. 242 plurali utantur.

⁴⁶⁾ Maassius (Parerga Attica, Ind. lect. Gryph. 1889 p. 6) legit „Φίδνου“.

⁴⁷⁾ De quibus vide infra p. 47 sq.

⁴⁸⁾ Utrum scribendum sit „Ἀθήνας“ an „Ἀφίδρας“, mox disseretur.

τὴν Θησέως ἀγάγοιεν μητέρα αἰχμάλωτον scholiastes non habet; at cum Pausaniae verbis „δῆμος Θησέα φισὶν αὐτὸν ἀπεῖναι“ consentiunt scholiastae haec: „Θησέως μὴ τυχόντες“. Contra scholiastae verba „Ἐλένη ἀρπασθεῖσα ὑπὸ Ἀλεξάνδρου . . . κατὰ τὸν δεξιὸν μηρόν“ apud Pausaniam non extant. Et cum scholiastes verbis „καὶ ἀπὸ μέρους παρὰ Ἀλκμᾶν“ ipse concedat se non omnia ex Alemane hausisse, dicemus nihil nisi verba „οἱ δὲ Διόσκουροι Θησέως μὴ τυχόντες λαρυγγωγοῦσι τὰς Ἀθήνας“ ex Alemane fluxisse, cetera non ex Alemane, sed e Polemoniis vel e Cyclicis vel ex utrisque. Nam primum res a Pausania narratae, Athenae captatae, Thesei absentia⁴⁹⁾, etiam apud scholiasten uno tenore neque cum ceteris, Helena rapta, Aphidnis captis, Castore vulnerato, permixta narrantur. Deinde hae res ex Alemane haustae in extrema scholii parte afferuntur, sicut Alcman ultimus trium illorum fontium (Polemonii, Cyclici, Aleman) afferatur. Itaque si verba „πιπώσκεται . . . μηρόν“ non Alemanis sunt, idem dicetur de verbis „διὰ γὰρ . . . πορθεται“. Videmus igitur ex Pausaniae loco verba „ὡς Ἀθήνας ἔλοιεν [sc. Tyndaridae] καὶ τὴν Θησέως ἀγάγοιεν μητέρα αἰχμάλωτον, δῆμος Θησέα αὐτὸν ἀπεῖναι“ et ex scholio illo nihil nisi „οἱ δὲ Διόσκουροι Θησέως μὴ τυχόντες λαρυγγωγοῦσι τὰς Ἀθήνας“ Alemanis esse.

Nunc memorandum est de nomine oppidi a Dioseuris capti non consentire autores. Apud Pausaniam enim (1. 41. 4) omnes codices exhibent „ὡς Ἀθήνας ἔλοιεν [sc. Dioseuri]“; in scholio autem ad Il. 3. 242, in ea parte, quam Alemani attribuimus, Didymus, qui vocatur, habet „λαρυγγωγοῦσι τὰς Ἀφίδνας“, sed schol. Venet. A. „Ἀθήνας“; et cum, si optio est, ut aut Didymi aut Veneta scholia sequamur, his credere malimus quam illis, dicendum est Alemanem Athenas expugnatas tradidisse et Didymum Athenarum loco Aphidnas posuisse.

⁴⁹⁾ Alemanem tradidisse Thesei matrem a Dioseuris raptam esse videtur scholiastes omisisse.

Sententiam quoque, si Venetum scholium sequimur, meliorem recuperamus: Dioseuros enim Atticam ingressos, cum Theseum regem non invenirent, Athenas, caput regni illius, diripuisse, rei maxime est accommodatum.

Accedit, quod in area Cypseli (Paus. 5. 19. 3), in qua Dioseuri Aethram et Helenam asportantes fici erant, in epigrammate apposito Tyndaridae Athenis illas secum duxisse tradebantur. Quod etsi Bergkius negat P. L. G.⁴ III. p. 19, ubi illud epigrama hunc in modum scribit:

„Τυρδαρίδα Ἐλένην φέρετον, Αἴθων δ' Ἀφίδναθεν
ἔλκετον,“

tamen cum Maassio (l. l. p. 4 sqq.) et Wagnero (Apollodori ep. Vat. p. 152 sqq.) Schubartium (Methodologie der Kritik, p. 98) sequi velim ostendentem, cum non pauci [Aleman fr. 10, Apollodorus 3. 10. 7⁵⁰⁾], Hyginus fab. 79, Schol. Venet. ad Il. 3. 242, Tzetz. ad Lye. 503 sqq., is, qui epigrama areae Cypseli composuit,⁵¹⁾] fabulam Athenarum expugnationis exhibuerint, minime licere his locis pro Athenis Aphidnas scribere. — Jam (id quod etiam Schubartius [p. 98, nota] memorat) e Pausaniae verbis (5. 19. 3) „ἐπίγραμμα δὲ ἐπ' αὐτοῖς [sc. in area] ἐπος τε ἔξαμετρον, καὶ ὄνόματός ἐστιν ἐνὸς ἐπὶ τῷ ἔξαμέτρῳ προσθήμη“ concludere licet illud additamentum ad hexametrum

⁵⁰⁾ Heynius scribit „Ἀθήνας“, Muellerus F. H. G. I. male emendavit „Ἀφίδνας“; nam illius lectionem rectam esse nunc (cum Apollodori fragmenta Sabellitica nihil praebant de nostra fabula) ex epitome Vaticana 6. 1. sq. (ed. Wagn. p. 58) videmus, ubi legimus: „ὅτι Θησέὺς Πειρίθω συνθέμενος Διὸς θυγατέρας γαμήσαι, ἐαντῷ μὲν ἐκ Σπάρτης μετ' ἑκίνου ήρπασεν Ἐλένην δωδεκαετῆ οὖσαν, Πειρίθω δὲ μητρενόμενος τὸν Περσεφόνης γάμον εἰς Ἄιδουν κάτεισε, καὶ Διόσκουροι μὲν μετὰ Λακεδαιμονίων καὶ Ἀσκάδων εἶλον Ἀθήνας καὶ ἀπάγοντον Ἐλένην καὶ μετὰ τῶντης Αἴθων τὴν Ηπιθέως αἰχμάλωτον· Δημοφῶν δὲ καὶ Ἀκάμας ἔφυγον“. — Acamantem et Demophontem Tyndaridas fugisse non nisi hic comprimus; sed hoc nihil valet ad nostram fabulam. De Arcadibus cf. Plut. Thes. 32.

⁵¹⁾ Poterat etiam afferre vir ille doctus Luc. de salt. 40: „ἢ προτέρα τῆς Ἐλένης ἀρπαγὴ καὶ ἡ στρατεία τῶν Διόσκουρων ἐπὶ τὴν πόλιν“.

versum factum (*ἐπὶ τῷ ἔξαμέτῳ προσθήκῃ*) nomen proprium (*δύναμις*) esse, ut secundus versus potius verbo *Ἀθάναθεν* quam *ἔλκετον* incipere videatur, praesertim cum codices hunc ordinem exhibeant. — Praeterea nimis audacter Bergkius l. 1. conicere videtur, cum dicat eum, qui illud epigramma fecerit, scripsisse *Ἀγίθραθεν*, quod artifex in *Ἀθάναθεν* mutaverit; id ne uno quidem arguento probari potest. Itaque cum Sehubartio, qui levissima correctura, una tantum littera apposita, hexametrum restituit, illos versos legemus:

*Tυνδαρίδα Ἐλέαρα φέρετον Αἰθόαρ δ' ἔλκετον
Ἀθάναθεν.*

Ita videmus neque eum, qui arcae epigramma composuit, neque Alemanum Aphidnas captas tradidisse, sed utrumque Dioseuros Athenas expugnantes finxisse.

Sequitur, ut paucia disseramus de eo, quod Aleman Theseum tum, cum Dioseuri in Atticam invaserunt, apudesse tradidit. Nam cum ea legimus, quae nostrum Pausaniae locum sequuntur (1. 41. 5.: „Πήδαρος δὲ τούτοις τε κατὰ ταῦτα ἐποήσε, καὶ γαμβρὸν τοὺς Λιοσκούροις Θησέα τίναι βουλόμενον, ἐς δὲ ἀπελθεντὸν αὐτὸν Πειριθώ τὸν λεγόμενον γάμον συμπράξοντα“, quae quidem videntur corrupta esse), ex eo, quod scriptum videmus „τὸν λεγόμενον γάμον“, i. e. „eas nuptias, de quibus supra commemoravi“, concludere possumus Pausaniam hic etiam dixisse Alemanum Theseum fecisse Pirithoo promittentem se illum in Proserpinam rapienda adiuturum esse, qui locus intercedit. Et ne potuit quidem Aleman Theseum non absentem fingere; nam nisi id fecisset, hunc quoque Athenis expugnatis a Dioseuris aut intersectum aut captum esse tradere debebat. Sed cum nesciamus Aleman ubi versantem Theseum finixerit, Panyasis videmus narrasse illum tum apud inferos fuisse (v. Paus. 10. 29. 9), ex quo eluet etiam Pindarum, Panyasis aequalem, idem cecinisse, et nuptias, quas Pindaro teste Theseus Pirithoo parabat (Paus. 1. 41. 5.: *τὸν λεγόμενον γάμον συμπράξοντα*), ad Proserpinam pertinuisse. Item tradit Hellanicus Theseum cum Pirithoo ad inferos descendisse

(fr. 74 = Schol. Il. 3. 144), neque minus Isocrates (enc. Hel. 39), Diodorus (4. 63), Apollodori bibliothecae auctor (2. 5. 12; 3. 10. 7; ep. Vatic. 6. 1). — Nonnulli autem scriptores rem probabiliori reddere studentes pro „inferis“ Epirum vel Molossorum vel Thesprotorum fines (ibi enim descensus ad inferos esse putabatur), pro Plutone et Proserpina Aïdonum (= Plutonem), Molossorum regem, eiusque uxorem vel filiam posuerunt: cf. Plut. Thes. 31, Euphorionis (de quo infra agetur) fr. 61. (ed. Mein.), Paus. 3. 18. 5. — Sunt quoque, qui de industria negaverint Theseum tum apud inferos fuisse, velut Hereas Megarensis, de quo vide infra (p. 51 sq.).

Restat, ut agamus de Aethra a Dioseuris capta. Aleman enim, cum tradat Thesei matrem⁵²⁾ Athenis expugnatis a Dioseuris captam esse, ostendere vult, qui factum sit, ut Aethra postea Troiae ancilia Heleneae esset (Il. 3. 144). Itaque necesse est credamus Homeri Aethram⁵³⁾ ab Alemane Thesei matrem

⁵²⁾ Item fabula Aethrae cum Helena a Tyndaridis captae nota fuit Cypseli arcae artifici, quod iam vidimus: neque minus Hellanico (fr. 74 = Schol. Il. 3. 144) et Diodoro (4. 63). — Et quid Troia expugnata de Aethra factum esset, tradiderunt Iliadis parvae (fr. 17. ed. Kink.) et Ilii persidis (fr. 3) antores, qui fabulati sunt illam ab Acamante et Demophonte nepotibus agnitam et liberatam esse; cf. Hellanici fr. 75 (= Schol. Eur. Hee. 125), Apollodori ep. Vatic. 21. 20 (ed. Wagn. p. 69). Ad hanc fabulam spectavit etiam Polygnoti pictura, quae Troiam captam exhibuit (v. Paus. 10. 25. 7), et nonnullae vasorum picturae, de quibus actum est ab Overbeckio (Gall. her. Bildw. p. 618 sqq.), Brunnio (v. Paulii, Realencycl. 3. 1. p. 484), in Mon. d'Inst. 2. 25. — Miram autem fabulac formam tradit Ister (fr. 12 = Plut. Thes. 34): „Ιδιον δέ τινα καὶ παρηλλαγμένον δὲως λόγον ὁ Ἰστρος . . . ἀναφέρει περὶ Αἴθοας, ὃς ἐνίοτε λεγόντων, Ἀλέξανδρον μὲν τὸν Πάδον ἐν Θεσσαλίᾳ [sic scribo cum Muellero F. H. G. I. p. 419] ὑπ’ Ἀχιλλέως καὶ Πατούκλον μάχῃ κρατηθῆναι παρὰ τὸν Σπερχεόν, Ἔπειδα δὲ τὴν Τροιῆς πόλιν λαβόντα διαρράσαι καὶ τὴν Αἴθοαν ἀπάγειν ἐκεῖ καταλευθερίαν“, cum qua conferas schol. Apoll. Rhod. 1. 101: „Ἐπεστοάτενσαν δὲ κατὰ τῆς Τροιῆς ὅντος ἐν “Αἰδουν. καὶ πορθησατες ἔλαβον αἰχμάλωτον Αἴθοαν, τὴν Θησέως μητέραν“.

⁵³⁾ Quam postea a Thesei matre distingui voluit Aristarchus (v. schol. Il. 3. 144).

habitam esse; nam Aleman nisi id existimavisset, non habebat, quod illam, ut Homeri locum explicaret, Athenis captam saceret.

Quin etiam tota nostra fabula ad illos Iliadis versus videtur se applicare; nam cum respicimus auctores quoque Iliadis parvae et Ilia persidis hoc Homeri loco usos esse ad fingendam novam fabulam (cf. supra p. 39 not. 53), non absurdum est contendere Alemanem operam dedisse, ut quasi a principio diligenter exponeret, quemadmodum Aethra ancilla Helenae facta esset. Accedit, quod haec fabula Laconica⁵⁴⁾ Helenae videtur, quia Dioseurorum maxime gloria exornatur, heroum illorum gentilium Lacedaemoniorum, qui Helenam a Theseo raptam recuperantes et illius matrem capientes ipsamque Atheniensium urbem expugnantes singuntur. Et cum Aleman ipse quoque Laco poeta fuerit, eo magis auctorem nostrae fabulae eum putabimus et dicemus hanc, cum Homero et Hesiodo nondum nota sit, ab Alemane primo commemoretur, circa annum 650 apud Lacones⁵⁵⁾ ortam esse.

3.

Alemanis fabulam Stesichorus excoluit, qui finxit Helenam e Theseo filiam Iphigeniam suscepisse. Pausanias enim 2. 22. 6 sq. tradit haec: „πλησίον δὲ τῷν Ἀράκτων Εἰληνίας ἐστὶν ιερόν ἀράθημα Ἐλένης, ὅπε σὸν Ηειρίδω Θησέως ἀπελθόντος ἐς Θεσπρωτοὺς Ἀφιδνά τε ὑπὸ Διοσκούρων ἔάλω καὶ ἥψετο ἐς Λακεδαιμονια Ἐλένη· ἔχειν μὲν γάρ αὐτὴν λεγοντεῖν γαστρὶ, τεκοῦσαν δὲ ἐν Ἀργεί καὶ τῆς Εἰληνίας ιδονομιένην τὸ ιερόν, τὴν μὲν παῖδα, ἥγετεκε, Κλυταμνήστρῳ δοῦναι (συνοικεῖν γάρ ἦδη Κλυταμνήστρῳ Ἀγαμέμνονι), αὐτὴν δὲ ὑστερον τούτων Μενελάῳ γῆμασθαι. (7) Καὶ ἐπὶ τῷδε Εὐφροσίων Χαλκιδεὺς καὶ Πλευρώνιος Ἀλέξανδρος ἔπι-

⁵⁴⁾ cf. Maassium 1. 1. p. 4. — Fabulam Laconicam fuisse eo quoque confirmatur, quod iam extitit in throno Amyclaeo (Paus. 3. 18. 15), si modo extitit, cf. infra p. 49 not. 66.

⁵⁵⁾ Quod nonnulli viri docti censuerunt Aphidnas, quas Dioseuri Atticam ingressi expugnasse postea tradebantur, Laconiae oppidum fuisse, vide infra p. 45 not. 60.

ποιήσαντες, πρότερον δὲ ἐτι Στησίχορος ὁ Ἰμεραῖος, κατὰ ταῦτα φαστὸν Ἀργείοις Θησέως εἶναι θυγατέρα Ἰφιγένειαν“.

Quid huius loci e Stesichoro excerptum sit, quid ex Euphorione, quid ex Alexandro Pleuronio, nescimus, cum Pausanias non minus, quam ille scholiastes (ad Il. 3. 242), de quo supra egimus, non ex auctoribus ipsis, sed e mythographo aliquo hauisse videatur. Tamen id cognoscimus, Stesichorum tradidisse Iphigeniam Thesei et Helenae filiam esse, quare appetat, fabulam Helenae a Theseo raptae ei notam fuisse. Quod confirmatur scholio ad Eurip. Orest. 249 (cf. supra p. 34 not. 43), ubi legimus Stesichorum tradidisse Venerem filias Tyndarei „διγάμους“ et „τριγάμους“⁵⁶⁾ reddidisse; nam cum Helenae tres maritos attribuerit, praeter Menelaum et Pandem Theseum eum dixisse manifestum est. — Et cum constet Stesichorum in carnine quodam, ad quod hoc Euripidis scholium spectat, Helenae magnopere maledixisse, verisimile est eum ipsum nullo auctore illius calumniandae causa finxisse Helenam e Theseo filiam peperisse. — Idemne narraverit Clytaemnestram hanc adoptasse, e Pausaniae loco non eluet; tamen ex eo, quod hoc postea inter omnes notum fuit, quodque periegetes eum cum Euphorione, quem id tradidisse mox videbimus, una affert, conicere velim iam Stesichorum Iphigeniam a Clytaemnestra adoptatam finxisse, praelestum cum e Cypris carmine, quo Agamemnon Iphigeniam immolavisse tradebatur, appareat ante Stesichori tempora ab omnibus illam Agamemnonis filiam existimatam esse, ut Himeraeus primus de industria fabulam immutavisse videatur. Quod utut se habet, hoc tenendum est, Stesichorum finxisse eam fabulam, qua Iphigenia Helenae et Thesei filia fuisse tradebatur.

Quae postea satis vulgata fuit. Imprimis Euphorion Chalcidensis, quem Pausanias loco nostro commemorat, diligenter

⁵⁶⁾ cf. Lycophronis Alex. v. 851, ubi Helena „τριάνωρ κόρη“ appellatur; eadem alio loco (v. 143) „πεντάλευκτρος“ vocatur, cuius quinque mariti fuerint Theseus, Menelaus, Paris, Deiphobus, denique, apud inferos, Achilles.

eam videtur tractavisse. Euphorionis enim est titulus „Mopsopia“ (vel *άτακτα*), quod carmen historias ex Atticarum fabularum cyclo petitas continuisse Meinekius ostendit (Analecta Alexandrina p. 12). Huius Mopsopiae servata sunt fragmenta 27. et 27.b, quorum hic nihil nostra interest, nisi ea hexametros vel partes hexametrorum esse. — Praeterea Meinekius numerat in fragmentis incertae sedis unum et sexagesimum, quod extat in Etym. Magn. p. 480. 18:

Οὐρέκα δή μιν
Ίφι βιησαμένῳ Ἐλένῃ ὑπεγίνατο Θησεῖ.

Cuius loci reliqua verba sic bene restituit: „Ιφις, ὄνομα κύριον παρὰ τὸ ἵψι, τὰ δὲ παρ’ αὐτοῦ πάντα διὰ τοῦ ἡγαρέται, οἶον Ἰφιμέδουσα, Ἰφιγένης, Ἰφικλῆς, [Ἰφιγένεια]“⁵⁷). Εὐφοριοῦ ἀγνοῶν αὐτὴν Ἀγαμέμνονος, ἐπιμολογεῖ[αὐτὴν]⁵⁷) Ἐλένης καὶ Θησέως, οἵτε δ’ αὐτὴν ὑποβλητήριν δοῦληραν Κλυταιμνήστρα. Οὐρέκα δή μιν . . . Θησεῖ“⁵⁸). Tum comparat vir ille doctus Pausaniae locum nostrum (2. 22. 6 sq.), verum hunc non nisi inde a verbis „ἔχειν μὲν γάρ αὐτὴν λέγοντας ἐν γαστρὶ . . .“ describit; quem si totum respexisset, item atque nos in suspicionem venisset hoc fragmentum (61) Euphorionis ad Mopsopiam pertinere. Nam cum Pausanias initio totius nostri loci de Thesei cum Pirithoo in Thesprotiam expeditione et de expugnatione Aphidnarum dixerit, et verisimile sit Euphorionem non solum eorum verborum, quae Meinekius descripsit (ἔχειν μὲν γάρ αὐτὴν . . . θυγατέραν Ἰφιγένειαν),

⁵⁷) Quod supplevit Meinekius.

⁵⁸) Hic sequuntur verba ἐξ Ἐλένης καὶ Θησέως, de quibus Meinekius nihil commentatur. Quodsi primo aspectu credere licet his verbis sentiri illos versus ex tragedia „Ἐλένη καὶ Θησέως“ Euphorionis petitos esse, tamen non verisimile est. Primum enim talis titulus duplex suspectus esset (nam ii tituli perraro extant; solum dupliecum invenimus apud Suidam: Timesithei „Κάστωρα καὶ Πολυδεύκην“, quae nomina quasi pro uno „Διόσκουροι“ posita sunt, ut ne hic quidem titulus duplex sit). Tum propter metrum duos illos versus magis ex epico carmine oriundos esse crediderim. Quare conicio verba ἐξ Ἐλένης καὶ Θησέως per dittographiam orta esse.

sed etiam ceterorum (*ὅτε σὺν Πειρίθω . . . Ἐλένη*) fontem esse, conicere velim eum talia fere in hac Mopsopiae parte tradidisse, cum credam Etymologici Magni auctorem non totum Euphorionis locum servasse: „*Theseus Helenam rapit* (quod e Pausania et Etym. M. videmus), *gravidam reddit* (Paus. et Et. M.); *tum cum Pirithoo ad Thesprotos proficiscitur* (Paus.); *interea Dioscuri veniunt et Aphidnas capiunt* (Paus.), *Helenam secum anferunt* (Paus.); *Helena Iphigeniam parit* (Paus. et Et. M.), *quam Clytaenestrae educandam dat* (Paus. et Et. M.). — Ad haec utrum etiam tradiderit Euphorion Helenam Argis peperisse Lucinaeque fanum dedicasse et postea Menelao nupsisse, an Pausanias id ab illis „Ἀργείοις“ audiverit, an e suo ingenio sumpserit, in medio relinquemus, cum verisimile sit (quod iam diximus) Pausaniam non ipsum legisse Stesiehorum, Euphorionem, Alexandrum, sed mythographum aliquem, qui illorum fabulas collegerat, excerptissime. Certe Euphorionis fr. 61. et Pausaniae locus perbene ad Mopsopiam, qua Atticae fabulae tradebantur, apta sunt⁵⁹), praesertim cum fr. 61. ipsum quoque hexametris versibus scriptum sit, ut fr. 27. et 27.b.

Iam ex nostro Pausaniae loco concludere licet etiam Alexandrum Pleuronium (Aetolum) Iphigeniam ex Helena et Theseo natam esse voluisse; sed cum alia fragmenta eius hue spectantia non extant, nescimus, quemadmodum fabulam tractaverit. Duris quoque Samius eadem fere atque Euphorion tradidit; nam legimus apud Tzetz. ad Lyc. 143; „Πέντε ταύτην [sc. Helenam] ἔγημαν ἀνδρες · πρῶτος Θησέως, ἐπατεῖται ταύτην ἀρπάσας, καθά φησι Δοῦρις δὲ Σάμιος, ἀφαιρεθεῖς δὲ αὐτὴν ἐν τῷ ἱππηθῆραι ὑπὸ Πολυδεύκους καὶ Κάστορος, τῶν αὐτῆς ἀδελφῶν, ἐν Αρίδαις, πολιχνίῳ τῶν Ἀθηνῶν, γεννήσασαν Ἰφιγένειαν, ἦν Ἰφιγένειαν καὶ θετήριν παῖδα ἡ Κλυταιμνήστρα

⁵⁹) Etsi concedendum est poetam eo, quod narravit Helenam filiam, quam e Theseo peperisset, Clytaenestrae dedisse, aliquo modo ab Atticis rebus digressum esse, tamen haud scio an ii, qui Mopsopiam legebant, scire voluerint, quid de Thesei filia factum esset, itaque haud inepta statuatur has res ad Mopsopiam pertinere posse.

ποιεῖται⁴. (cf. Tzetz. ad Lyc. 103, 183, 513, 851; Eudociam p. 242). — Sed novi aliquid huic fabulae Nicander addidit; tradit enim Antoninus Liberalis p. 27: „Ιστορεῖ Νίκανδρος... Θησέως καὶ Ἐλένης τῆς Διὸς ἐγένετο θυγάτηρ Ἰφιγένεια, καὶ αὐτήν ἐξέτρεψεν ἡ τῆς Ἐλένης ἀδελφὴ Κλυταμνήστρα· πρὸς δὲ τὸν Ἀγαμέμνονα εἰπεν αὐτῇ τεκετεν· Ἐλένη γὰρ πυρθανομένη τῶν ἀδελφῶν ἔφη κόρῳ παρὰ Θησέως ἀπελθεῖν“. — Sunt quoque, qui de industria tacuisse videantur Helenam Iphigeniam peperisse, velut Isocrates, qui in laudatione Helenae Iphigenia neglecta rem ita fingit, ut Helena non solum cum a Theseo rapta, sed etiam cum a fratribus recuperata sit, nondum nubili aetate fuisse videatur; nam scribit enc. Hel. 39; „μετὰ γὰρ τὴν Θησέως εἰς Αἴδου κατάβασιν ἐπανελθούσῃς αὐτῆς εἰς Λακεδαιμονια καὶ πρὸς τὸ μηνηστεύεσθαι λαβούσῃς ἥλικιαν . . .“ Similiter Hellanicus rem narravit; legimus enim 1 in schol. Il. 3. 144: „. . . τὴν Ἐλένην κομιτῷ νέαν [sc. Theseum rapuisse Hell. auctor est]“, 2 apud Tzetz. ad Lyc. 513: „[Ἐλένη] ἡρπάγη ώπο Θησέως . . . ἐπταετῆς οὖσα, ὡς φησιν Ἐλλάνικος“, 3 apud Plut. Thes. 31: „Ηδη πεντήκοντα ἐπη γεγονός, ὡς φησιν Ἐλλάνικος, ἐπράξε [sc. Theseus] τὰ περὶ τὴν Ἐλένην, οὐ καθ' ὄραν.“ Et Diodorus (4. 63) Helenam decennem, Apollodori bibliothecae auctor (ep. Vat. 6. 1; ed. Wagn. p. 58) duodecennem reddidit. — Denique commemorandum est, quod Helena a Theseo virgo rediisse tradebatur, a comicis poetis in deterius mutatum esse (v. Meinekii fr. com. 2. 1088. 26: „Ἐλένη γὰρ Θησέης οὐτως [i. e. Λακωνιστὶ] ἐχρήσατο“), et Duridem, cum Helenam in raptu ipso septemnem fuisse finxisset, tradidisse eam e Theseo Iphigeniam peperisse.

4.

Veniamus nunc ad eam fabulae formam, qua Dioscuri Helenam a Theseo raptam recuperantes Aphidnas, quo illa delata esset, expugnavisse tradebantur. Quae mutatio quomodo facta sit, facile intellegimus respicientes id, quod priore huius commentationes parte (p. 15 sqq.) demonstratum est. Nam postquam bellis Persarum finitis Theseus heros gentilis Ionum

factus eiusque cultus institutus est, haud scio an quinti saeculi Atheniensibus, cum Theseum suum laudibus summis tollerent et gloriam eius nuper fabula Amazonum incursionis ab eo repulsae exornavissent, id non iam dignum visum sit, quod Athenae illo regnante a Diosecuris expugnatae sint dedecusque hoc a scriptoribus tradatur. Praeterea cum inde ex bellis Persarum inter Athenienses et Lacedaemonios aemulatio intercessisset, et Diosecurorum, qui quasi partes herorum gentilium Lacedaemoniorum agebant, omnia praeclare facta horum civitati laudi essent, apparebat Athenienses victoriae Tyndaridarum a se reportatae obtrectare studuisse. Ita videtur factum esse, ut Athenienses, cum non auderent negare illos quondam in Atticam invasisse, non tamen concederent, tum Athenas expugnatas esse, sed fabularentur eos nihil nisi Aphidnas⁶⁰),

⁶⁰) Quaerentibus nobis, cur Athenienses Aphidnas, non aliud oppidulum a Diosecuris captas finxissent, ostendit Wilamowitzius (Phil. Unters. 1. p. 101. not.; quem Robertus cum primo [Hermes 1888 p. 436 sqq.] secutus sit, nunc [Homerische Becher. 50. Berl. Winckelm. Progr. 1890] suam sententiam mittit) in Laconia ipsa quoque Aphidnam quandam sitam fuisse (cf. Steph. Byz. s. v. *Ἀριδα*), ubi Tyndaridae colebantur, et hanc ad nostram fabulam pertinere, quae in Laconica Aphidna orta esset. — Quod postquam iam Maassius (l. l. p. 4) satis refutavit, id commemoro, in fabulae forma aetate maiore non Aphidnarum, sed Athenarum expugnationem traditam fuisse, ut Wilamowitzio demonstrandum sit, quomodo fabula ex Laconica Aphidna Athenas migrata sit. — Praeterea cum verisimillimum sit Thesei raptum Helenae imitationem esse raptus Paris, fieri vix poterit, ut nostram fabulam in Laconica Aphidna ortam et non nisi ibi narratam esse existimemus, sed potius multo pluribus Graecis, quam Laconicis Aphidnensibus nota fuit. — Id quoque suspicari licet Laconicam Aphidnam re vera nunquam extitisse, sed postea demum a quopiam mythographo fictam esse, qui fabulam quasi ibi collocare conaretur. Nam cum pro loco inter omnes nota ignobilis idem nomen gerens traditur, est, quod diffidamus, cum non semel tales similitudines factae sint, ut aliqua fabula, quae aliter explicari non potest, probabilior reddatur. — Ceterum id, quod Tyrtaei poetae patria ab Atheniensiis Attica Aphidna, a Lacedaemoniis Laconica dicebatur, nihil valet ad nostram fabulam, cum is, qui primus Tyrtaeum Atticum fecit, Callisthenes (v. Strab. 7. p. 362), plus quam centum annis post novam formam fabulae ortam fuerit.

oppidulum illud cepisse, id quod Atheniensibus multo minori dedecori erat, quam antiquior fabula⁶¹⁾.

Quare verisimile est fabulam Aphidnarum captarum post bella demum Persarum, vel, quo vocabulo in priore huius commentationis parte usi sumus, Cimonis aetate ortam esse.

Hoc confirmatur eo, quod nova fabulae forma primum post hanc aetatem commemoratur ab Herodoto, qui 9. 73 ita scribit: „. . . Δεκελέων δὲ τὸν κοτὲ ἐργασμένον ἔργον χοίσμιον ἐσ τὸν πάντα χρόνον, ὡς αὐτοὶ Ἀθηναῖοι λέγονται. ὡς γὰρ δὴ τὸ πάλαι πατέρα Ἐλένης κομιδήρ τυρδαρίδαι ἐσέβαλον ἐσ γῆν τὴν Ἀτταίην σὺν σφρατοῦ πλήθετ καὶ ἀριστασαν τοὺς δίμους, οὐκ εἰδότες ἵνα ὑπεξέκειτο ἡ Ἐλένη, τότε λέγονται τοὺς Δεκελέας, οἱ δὲ αὐτὸν Δεκελον, ἀχθόμενον τε τῇ Θησέος ὑβριν καὶ δειμαίνοντα περὶ πάσῃ τῇ Ἀθηναῖον χώρην, ἐξηρησάμενον σφι τὸ πᾶν πολῆμα κατηργήσασθαι ἐπὶ τὰς Ἀφίδνας, τὰς δὴ Τιτανός, ἐών αὐτόχθον, παταροδοῖο⁶²⁾ τυρδαρίδηστα.“

⁶¹⁾ Hoc respondendum esse censeo Toepffero (Aus der Anomia, Berol. 1890), qui postquam ostendere conatus est fabulam Aphidnarum captarum vetustiorem esse, quam Athenarum, p. 37. ita scribit: „Der Fall stünde einzig und allein da, dass eine ländliche Ortschaft einen ursprünglich in Athen localisierten Sagenstoff annexiert und ihre Rechte auf denselben mit solchem Erfolg der Landeshauptstadt gegenüber geltend gemacht hätte, wie die Gemeinde Aphidna die ihrigen auf die Helenasage.“ — Ceterum e nostra dissertatione videtur elucere virum illum doctum errare, cum pergit: „Der Bestand unserer litterarischen und monumentalen Überlieferung lehrt uns vielmehr deutlich, dass, wie gewöhnlich, so auch hier der umgekehrte Fall eingetreten ist. Während die ältesten historischen Zeugen, Herodot und Hellanikus, nur Aphidna als Hort des Raubes kennen, wird das abgelegene Bergdorf der Diakria erst in einer viel jüngern Überlieferungsschicht (!) durch die Hauptstadt des Landes ersetzt.“

⁶²⁾ Eodem studio Athenarum gloriae exornandae, quo Athenienses Tyndaridas non suam urbem, sed Aphidnas expugnantes fecerunt, Herodotus videtur tradidisse illos hoc oppidulum ne pugnando quidem, sed proditum a Titaco cepisse, sive Titaci nomen ad hanc rem ipsam finxit, sive ad eum iam antea notum illam proditionem detulit.

Sed ante Herodotum nemo fabulam Aphidnarum captarum tradidit. Neque enim Homero neque Hesiodo totam nostram fabulam notam fuisse iam vidimus; et Iliadis parvae Iliique persidis auctores non nisi eam partem, quae est de Aethra a nepotibus Troiae inventa tractasse appetit. Itaque restat, ut ostendamus ne iis quidem scriptoribus aut artificibus actati Cimonianae antecedentibus Aphidnarum expugnationem notam fuisse, quos eam novisse fortasse quispiam contendent.

a) Alemanem non Aphidnas sed Athenas captas tradidisse supra (p. 36 sqq.) demonstravimus.

b) Stesichorus utrum in carminibus Athenarum expugnationem commemoraverit neene, cum praeter illum Pausaniae locum (2. 22. 6 sq.) nullum fragmentum ad nostram fabulam pertinens servatum sit, nescimus; sed id dicere licet ex illo concludi non posse Stesichorum Aphidnas captas tradidisse; nam verba „ὅτε . . . Ἀφιδνα ὑπὸ Διοσκούρων ἐάλω“ ex Euphorionis Mopsopia petita esse vidimus.

c) Ne Cyclicis quidem epicis hanc de Aphidnis fabulam notam fuisse nunc ostendendum est. Nam scholiastes ad Il. 3. 242 (v. supra p. 35), postquam commemoravit Aphidnas propter raptum Helenae captas et Aphidnum a Castore vulneratum esse, Diogeneus autem, cum Theseum non invenisset, Athenas diripuisse, sic pergit: „ἡ ἱστορία παρὰ τοῖς Πολεμωτίοις ἡ τοῖς κυκλικοῖς ναὶ ἀπὸ μέρους παρὰ Ἀλκμάνη τῷ λινοπόδῃ. — Atque Prellerus (Polemonis fragmenta p. 15 sqq.) allatis cum aliorum virorum doctorum tum Welckeri de hoc loco sententiis, dicit scholium ex diversis commentariis conflatum esse, quorum alter de fabula Helenae citavisset „τοὺς κυκλικοὺς“, quod sit pro „cyclo epico“, alter Alemanem et Polemonem periegetam (quare emendavit „παρὰ Πολέμωνι“ pro „παρὰ τοῖς Πολεμωτίοις“). Sed Welckerus (Cycl. ep. p. 51 sqq.), etsi Prellerio non persuasit, tamen recte conieccisse milii videtur neque nostro loco (schol. Il. 3. 242) neque aliis (schol. Il. 18. 486; 19. 326; 23. 346; 23. 660) veteres poetas epicos dici, sed scholam aliquam grammaticorum fortasse a Polemone conditam. Cuius de Polemoniis sententia utrum

recte se habeat neene, hic in medio relinquamus⁶³⁾, sed id tenendum est eos, qui illis locis κυκλικοί appellantur, minimē esse veteres poetas epicos, quod cum ex aliis tum ex hoc Welckeri argumento (l. l. p. 60 sq.) a Prellerio non refutato elucere mihi videtur. Scholio enim ad Il. 19. 326 traditur in parva Iliade (apud veteres igitur poetas cyclicos) narratum fuisse Achillem a Telepho Mysio reversum et procellis coactum Seyrum venisse atque Deidamiam uxorem duxisse; quod etiam Cypriorum auctori (cf. Kinkelii fr. ep. Gr. p. 19) notum fuit. Eodem scholio „Ἐτέρα ἴστορια“, quae „παρὰ τοῖς κυκλικοῖς“ extiterit, affertur, Achillem puerum a Peleo, ne in bello Troiano periret, Seyrum delatum esse et muliebri veste indutum adolevisse, postea ab Ulike repertum et Troiam ductum esse. Ita cum a veteribus cyclicis poetis (ab Iliadis parvæ et Cypriorum auctoribus) fabula tradatur fabulae „παρὰ τοῖς κυκλικοῖς“ extanti contraria (in altera enim Achilles ab initio belli Troiani particeps fuit, in altera postea demum ab Ulike adductus est), videmus illos κυκλικούς in scholiis Iliadis saepius allatos minimē eosdem esse ac veteres poetas epicos⁶⁴⁾. Quare ex schol. Il. 3. 242 nequaquam concludere licet veteres poetas epicos fabulam Aphidnarum a Dioscuris captarum tradidisse, itaque ne hic quidem locus testatur fabulae nostræ formam recentiorem ante Cimonis aetatem ortam esse.

d) Pindarus utrum posteriorem fabulae formam ad Aphidnas spectantem praebuerit neene, pro certo dicere non possumus, quia ex eius fragmentis nullum nisi id, quod supra (p. 38) ascriptum est (Paus. 1. 41. 5), huc pertinet. Sed hunc unum locum intuentibus verisimilius videtur Pindarum vetustiorem fabulae formam, quam recentiorem tradidisse, quod Pausanias dilucide dicit eum similia atque Alemanem narrasse (*Hīndagōs δὲ τούτοις* [i. e. Alemanis fabulae] *κατὰ ταῦτα*

⁶³⁾ Maassius (l. l. p. 6) dicit: „Polemonii illi qui sint sincere fatemur nos ignorare.“

⁶⁴⁾ Ceterum de iis, qui cuiuscunque narratiunculæ auctores a scholiaste nominantur, certi quicquam dici posse Eduardus Schwarz negavit (de schol. Homeric. ad hist. fab. pertinentibus; Fleckeis. ann. 12. suppl. p. 405 sqq.).

ἐποιησε), atque eo loco, quem in paragrapho quinta intercidisse verisimile est (cf. supra p. 38), non nisi de Thesei et Pirithoi ad inferos expeditione videtur actum fuisse. Et quamvis in fabula Amazonum viderimus Pindarum iam eorum esse, qui incursionem exhibent, et ita in novarum fabularum auctoribus numerandum esse, tamen hic eum antiquæ aetati attribuere debemus, qui antiquam fabulam Athenarum captarum tractaverit. Nam cum et ante et post Persarum bella floruerit, quae quasi limes sunt inter antiquas et novas Thesei fabulas, etiam, id quod non difficile est creditu, et antiquas fabulas (velut Athenas a Tyndaridis captas) et novas (velut Amazonum incursionem) tractavit.

e) Non magis, quam apud scriptores, in artis monumentis aetate Cimonis antiquioribus fabulae nova forma extat. Nam in area Cypseli ad Athenarum expugnationem alludi iam vidimus. Atque in throno Amyclaeo ficta fuit Helena a Theseo et Pirithoo raptâ⁶⁵⁾, sed nihil extitit, quod ad Aphidnas referendum sit. — Et ne unius quidem vasis pictura⁶⁶⁾

⁶⁵⁾ Paus. 3. 18. 15: „Πειρίθους τε καὶ Θησεὺς ἡρωπάκότες εἰσὶν Ἐλένην.“

⁶⁶⁾ Liceat hic omnia vasa afferre, quae ad nostram fabulam spectant. Facere non possum, quin Engelmanno assentiam in Roscheri lex. myth. s. v. Helena p. 1956 haec dicenti: „Im Allgemeinen lässt sich bemerken, dass die Scene [sc. in throno Amyclaeo] einfach auf den Typus des Frauenraubs zurückgeführt ist, der sich häufig dargestellt findet, ohne dass man bei dem Mangel an Inschriften jedesmal die besondere Situation zu erkennen im Stande wäre.“ Ita in tribus vasis non pro certo dici potest, pertineantne ad Thesei raptum Helenæ:

1. Mus. Berol. 2175.
2. Mus. Petersb. Compte-rendu 1873, 172.
3. Cat. Durand 383, Mus. Neap. (cf. Heydemanni Cat. 2486; Bull. 1849. 185), quod Engelmannus (l. l.) propter numerum militum raptorem adiuvantium ad Theseum Pirithoumque spectare posse negat.
4. Sed vas quoddam Monacense (Gerhardi, auserles. Vasenb. 3. 168b) nomina ascripta praebet, de quo vide id, quod Engelm. l. l. commentatur.
5. Item vas quoddam Tanagrense (Ephem. arch. 1884. tab. 5), de quo vide ibidem et Robertum, Homerische Becher.
6. Utrum Mus. Berol. 1731 ad Helenam a Dioscuris recuperatam pertineat neene, pro certo dici non potest.

ante Cimonis aetatem facta (velut illa in not. 66. 4 allata), quantum scimus, ad fabulam Aphidnensem pertinet.

Sed postea haec Aphidnensis fabula satis vulgata fuit, altera paene evanida⁶⁷⁾. Nam illam praebent post Herodotum:

a) Hellanicus (fr. 74 = Schol. Il. 3. 144), cui, etsi non dilucide dicit Tyndaridas Aphidnas cepisse, tamen id notum fuisse ex eo videmus, quod Aethram, cum ab his una cum Helena caperetur, Aphidnis versantem finxit.

b) Isocrates, qui quamquam de Dioscurorum invasione, ne Thesei gloriae obtrectet, nihil dicit, tamen fabulam Aphidnarum captarum videtur novisse; nam cum Helenam ibi abseeditam fuisse tradidisset (enc. Hel. 37), quomodo eam domum redeuntem faceret, nisi Aphidnis a Dioscuris expugnatis?

c) Euphorion Chalcidensis, quem in Mopsopia Aphidnensem fabulam tractasse iam supra (p. 42 sq.) vidimus.

d) Duris Samius, qui Tzetze (ad Lyc. 143) auctore hoc tradidit: „ἀφαιρεῖσι δὲ [sc. Theseus] αὐτὴν [sc. Helenam] ἐν τῷ ἡττηθῆναι ὑπὸ Πολυδένκους καὶ Κάστορος, τῶν αὐτῆς ἀδελφῶν, ἐν Ἀφίδναις . . .“

e) Diodorus, qui 4. 63 scribit: „. . . λέγοντε . . . Διοσκούρους στρατεύσαντας ἐπὶ τῷ Ἀφίδναι τῷ πόλῳ ἐλόντας . . . κατασκάψαντες . . .“

f) Hereas Megarensis, cuius hoc fragmentum Plutarchus (Thes. 32) servavit:

„τὸν [sc. Alycum, Tyndaridarum socium,] ἐν εἰρηνή
μαργάρενον Θησεὺς Ἐλένης ἔνεκ' ἥρκόμοιο
κτεῖνεν.“

⁶⁷⁾ Extat fabulæ forma aetate maior (Athenarum captarum) non nisi in Apollodori bibliotheca 3. 10. 7, ep. Vat. 6. 2 et apud Hyginum fab. 79, quorum locorum uterque infimæ aetatis est (Christiæ, Griech. Litteraturgesch. ² p. 646 ostendit Apollodori bibliothecam Hadriani vel Alexandri Severi aetate ortam esse); cunque et Hygini „fabulæ“ et Apollodori „bibliotheca“ quasi encyclopaediae sint, quae etiam antiquissimorum scriptorum excerpta continebant, facile intellegimus hos duos locos non eam fabulam praebere, quae tum, cum scripti sunt, viva erat, sed fortasse ex Alemane aliisve antiquioribus emanasse.

5.

Postquam Cimonis aetate fabula nostra eam, quam in posterum habuit, formam adepta est, tamen Athenienses, imprimis panegyrici, non desierunt Thesei memoriam exornare, et quo minore auctoritate civitas utebatur, eo maioribus laudibus heroem suum tollere, ut quasi cives de pristino patriæ splendore admonerent. Quare ceteri Graeci, ante omnes Megarenses (cf. Plut. Thes. 10; 20; 32), invidia commoti Atheniensibus obtrectabant et, ut illi celebrabant Theseum, ita laudationes eius decantatas impugnabant resque ab eo bene gestas in deterius mutabant. Itaque eae fabulæ, quibus Thesei gloria carpitur, re vera Atheniensium civitatis calumniandæ causa fictæ sunt. Velut apud Plutarchum (Thes. 20) traditur Megarenses scriptores narrare Scironem a Theseo interfectum non latronem, sed probum bonumque fuisse, et Theseum iniuste fecisse, quod illum necasset. Similiter Hereas Megarensis (Plut. Thes. 20) de industria videtur tradidisse Pisistratum illum Hesiodi versum

„Ἀετός γάρ μιν ἔτειρεν ἔρως Παροπῆδος Αἴγλης“

ex eius carminibus removisse, itaque Thesei perfidiam in Ariadnen commissam detegere conatur. Idem, quod iam supra (p. 39) vidimus, Theseum tum, cum Dioscuri Aphidnas oppugnaverunt, non apud inferos versatum esse, sed pugnae interfuisse, tamen ne ipsum quidem impedire potuisse, quominus Tyndaridae Helenam recuperarent Aethramque auferrent, narravit. Haud secus ac Megarenses Cretenses Thesei merita depravasse Philochorus (fr. 38) auctor est; hos enim dicere Labyrinthum custodiam fuisse, quae nihil mali haberet, nisi quod custoditi inde effugere non possent; Minoem autem in Androgei memoriam ludos gymnicos fecisse et victoribus praemio dedisse pueros, qui tune in Labyrinthio asservati essent; ac prioribus quidem ludis vicisse Taurum, Minois praetorem, hominem ingenii feritate insignem, quem pueros Atheniensium superbe et crudeliter habuisse, sed postea a Theseo superatum esse. Cretenses igitur Thesei facinus mag-

nopere imminuerunt tradentes eum non Minotaurum, atrocem illam bestiam, sed Taurum, virum ipso Theseo non fortiorum viciisse, simul rem probabiliorem reddentes. — Conferas id quoque, quod iam priore huius commentationis parte (p. 9) commemoravimus, Bionem Borystheniten (Plut. Thes. 26) Thesei carpendi causa narrasse Amazones non tam bellum meditatas esse, quam pacem adamasse, Theseumque Antiopen non armorum vi, sed per dolum cepisse.

Tales fabulae, quibus specie Theseo, reapse Atheniensibus obtrectabatur eorumque laudationibus resistebatur, postea ab aliis Atheniensum et Thesei gloriam defendere studentibus impugnatae sunt, qui novas fabulas Thesei purgandi causa finxerunt. Satis est ea tractare, quae ad raptum Helenae spectant. Nam certe fabula Helenae a Theseo raptae saepe in deterius mutata est (conferas id, quod comici poetae fabulati sunt; v. supra p. 44); imprimis quod puellam nondum nubilem rapuerit, haud scio an multi ei vitio dederint; hoc enim ex ipsius Plutarchi verbis eluet (Thes. 31) „... ἐποιεῖ [sc. Theseus] τὰ περὶ Ἐλένην, οὐ καθ' ὅραν. Ὁδερ ὡς δὴ μέγιστον ἐπανορθούμενοι τοῦτο τὸν ἐγκλημάτων ἔνοι λέγονται...“ Itaque ut Theseus ab hoc crimine defenderetur, fictum est (v. Plut. l. l.) Idam et Lynceum Helenam rapuisse, raptam Theseo custodiendam dedisse, quem fratribus Dioseuris repetentibus eam non tradidisse. Aut (v. ibid.) alii dixerunt Theseum Helenam infantem a Tyndareo ipso Enarsphorum, Hippocoontis filium, metuente invitum accepisse.

Tamen eiusmodi res Thesei calumniandi et rursus purgandi causa fictae ad fabulam nostram excolendam non magni momenti fuerunt, sed talis fere propagata est, qualis Cimonis aetate perfecta et exacta fuit.



VITA.

Natus sum Eduardus Prigge Francofurti ad Moenum siti a. d. V. Non. Mai. anno h. s. LXVIII. patre Eduardo, matre Carolina e gente Menikheim, quos adhuc superstites esse valde gaudeo. Fidei addictus sum evangelicae. In patria urbe postquam litterarum elementis eruditus sum, per octo annos gymnasium frequentavi tum auspiciis *Mommsenii* et *Reinhardti* florens, quo absoluto anni h. s. LXXXVI. autumno in alnami matrem Tbingensem studiis philologis operam durus me contuli. Hic per tria semestria audivi viros ill. *Gutschmid* (†), *Schwabe*, *Herzog*, *Crusius*, *Kugler*, *Sigwart* et in proseminalio philologo interfui, simul per annum militavi. Tum per duo semestria Bonnae studiis navavi, ubi me scholiis docuerunt viri ill. *Buecheler*, *Usener*, *Luebbert* (†), *Aufrecht*, *Nissen*, *Kekulé*, *Dove*, *Wilmanns*, *Rein*, proseminalio philologo *Usener*, *Luebbert*, historico *Nissen*. Denique Marpurgum profectus operam dedi scholiis horum virorum ill: *Birt*, *Cohen*, *Glaser*, *Lamprecht*, *Lehmann*, *Natorp*, *Niese*, *L. Schmidt*, *Varrentrapp*, *Wissowa*. Per unum semestre eram in proseminalio philologo, quod *Wissowa* moderabatur, per annum in seminario philologo sub *Birtio* et *Schmidtio* florente sodalis primo extraordinarius, tum ordinarius, per tria semestria in seminario historico, quod *Lamprecht*, *Lehmann*, *Niese* gubernabant.

Quibus viris omnibus gratias ago quam maximas, imprimis *Niesio*, qui quantopere me in studiis meis adiuverit, semper grata habebo memoria.

